TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0761**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cronache Latine

758
a
777

II

761

Chronicon Juliani

ab anno 1252 ad annum 1331

cum additionibus Belloni ex Passerino aliisque.

Concilium 1357. sub D.ᵃ Nicolao Patr. pro Talea militie.

Ciuidatense Cronica

Gregorius Patriarcha Aquil., qui fuit de Montelongo venit Aquileiam die 13. Ianuarii sub anno Domini 1252.

Eccelinus de Romano captus fuit anno 1259. die 4 exeunte Septembris, qui comedere nolens septem diebus, in octavo mortuus fuit.

Rex Carolus devicit, et interfecit Manfredum Principem Apuliae in Apulia, et fuit maxima hominum strages anno 1266. die XXVI exeunte Februario

Impositus fuit primus lapis Monasterii Dominarum Cellarum apud Civitatem Austriam per Venerabiles Patres Albertum Concordiensem, et ..... Petinensem Episcopos anno 1267. die 13. intrante Aprilis.

Captus fuit Ven. Pat. Gregorius Patriarcha Aquil. per Nobilem Virum Albertum Comitem Goritiae apud Villam novam sub Rosacio in aurora diei, dum erat in lecto, et nudipes ductus fuit Goritiam in uno Roncino, anno domini 1267. die XXVIII exeunte Iulio, nullo alio capto praeter Dominum Lucensem et paucis aliis vulneratis.

Tunc subsequente die 4 intrante Augusto incendiati fuerunt in Foroiulij Capitanei Dominus Albertus Vicedominus Episcopus Concordiensis et Dominus Aquinus de Varmo.

Redemptio Gregorii Patriarchae

Gregorius Patriarcha Aquil. anno 1267. die 5. exeunte Augusto exivit captivitatem dicti Comitis Alberti Goritiae, et conductus fuit Civitatem procuratam tamen per venerabilem Pat. Vlatislaum Archiepiscopum Salzpurgensem cum ipso Domino Patriarcha dum erat in captivitate, et cum privilegiis ex parte una, et cum dicto Comite ex altera, quod fuit per partes compromissum in ipsum ArchiEpiscopum, Dominum Regem Boemiae, et postea confirmatum.

De interfectione Domini Alberti Episcopi Concordiensis

1269. die 3 intrante Iulio ante tertiam Vicedomini Patriarchae ... apud ... interfectus fuit Ven. Pater Concordiensis Episcopus Vicedominus Domini Patris Gregorii Patriarchae et quidam alij cum eo per insidias et emposicas per fautores Domini Alberti Comitis Goritiae.

De exercitu Cormonsij et de destructione Pontis Isuntij prope Goritiam

Dicto anno die Veneris exeunte 5 Iulio exivit Gregorius Patriarcha Utinum cum suo exercitu contra dictum Comitem, et tunc die XII Augusti destructus et dirutus fuit Pons Isuntij prope Goritiam. Reversus est die penultima Augusti Civitatem, facto iterum compromisso inter dictas partes.

De Conradino devicto

1268. die 22 Augusti in ... Assumptionis devicit Rex Carolus Conradinum, qui volebat Regnum Apuliae.

De Obitu Gregorii

De obitu Gregorij Patriche

1269. die 8. intrante Septembre hora 6. in Civitate Austriæ Gregorius Patriarcha Aquilejæ obijt in Domino, qui extitit Patriarcha 17. annis, X. mensibus et XVI. diebus.

De electione Domini Ducis Carinthiæ in Capitaneum Foriiulij

dicto anno die XIIII. intrante Septembri Nobilis Vir Voldricus dux Carinthiæ electus fuit per Foroiulienses in Capitaneum Foriiulij, qui eodem anno die 5. exeunte octobris mortuus est in Civitate Austriæ.

De electione Domini Philippi in Patriarcham Aquilejæ, et eius Cassatione.

1269. exeunte Septembri dominus Philippus frater dicti Ducis Carinthiæ olim Archiepiscopus Salburgensis electus fuit in Patriarcham Aquilejæ, sed privatus fuit per Summum Pontificem Gregorium X., et Curiam Romanam, eo quod electio Patriarchalis fuerat ante dictam electionem per Romanam Curiam interdicta. Qui, cum Apostolica Sede non confirmaretur, receptus fuit, salvo iure electionis Patriarchalis in Capitaneum Foriiulij, et tunc die Iovis in Festo S. Gervasij equitavit cum Exercitu super dominum Artuicum de Castello fautorem Comitis Goritiæ nomine Alberti comburendo, et vincando bona sua ad Burgum Castelli.

De Grandi tempestate.

1270. in Festo S. Voldrici die 4. . . . . . cecidit in Civitate Austriæ, et circa Civitatem grando grossior ovis gallinaceis multorum, quare fructus terræ, et arbores, atque frondes cum plantis, vitibus, et corticis abstulit: volatilia, et etiam quadrupedia, quæ reperijt extra domos interfecit, et etiam homines vix fugiebant

De Captione Civitatis per Federicum de Pinzan

1272. In vigilia Sancti Mathiæ die Bissextili 5. exeunte Febr. Fedricus de Pinzano, qui tunc Vicarius erat Domini Philippi Capitanei supradicti in Foriiulij, furtive tamen, circa horam tertiam iam dicta Missa in maiori Ecclesia armata manu intradis Civitatem Austriam Dominis Ioanne, et Vodorlico fratribus de Portis ipsum introducentibus fraudolenter, et quasi pacifice tanquam amicum Civitatensium eis dicentibus publice quod non veniebat causa mali: cepit Civitatem cum illis de Pinzan, et Porcilleis, et Villalta, et multorum abstulit bona, quosdam Vinum, quosdam alio ad suum beneplacitum transmittendo, et quosdam captivando, Stufam Floreæ comburendo et volendo in alios decapitari, imposito eis quod Terram dare vellent Forensibus. In captione Terræ nullus vulneratus fuit, nec perversus.

1272

1272 dominico intrante Maio in Aurora captus fuit Burgus Pontis Civitatis per Forojulienses fideles Ecclesiæ Aquil., et quosdam Theutonicos Regis Boemiæ, inuidentes Federico de Pinzano, sicut dictum fuit, quia nullo deffendente, vel ipso intrauerunt. eodem die superuenit Nobilis Vir Volrisus Durnolz Capitaneus Regis Boemiæ cum exercitu magno hora vespertina, et obsederunt Ciuitatem.

Item eodem die sic Burgus Pontis captus fuit, dictus Federicus de Pinzano fecit comburi Burgum S. Petri, et Burgum S. Siluestri: die vero Sabbati sequenti Ciuitas data fuit dicto Capitaneo, et claues Ciuitatis ei assignatæ fuerunt per Dnum Detalmum de Villalta, qui fautor Dni Federici erat in Ciuitate, et per quosdam Ciuitatenses.

De Fulgure

1272. in vigilia S. Joannis B. de Iunio percussit fulgur in quodam monte apud Sinncium ita, quod mons ardens fuit per dies xxiiii fumo quotidie ad quantitatem domus ardentis.

De aduentu Patriæ Raimundi

1273. die xi ex decembris factus per Alexandrum Papam, et Curiam Romanam Venerab. Pat. Raimundus mediolanensis, quod Comanus Patrita Aquilæ venit autem in Forumiulii videlicet Sacilum ano 1274 die Iouis ii. Aug. die veneris apud Santum Vodoricum, et Sabbato Vtinum vbi stetit 13. diebus die autem Veneris xvii. intrante Augusto venit Ciuitatem; die vero Sabbati crastino compromisit cum Dno Comite Alberto Goritiæ, Patriarcha in Nepotem suum Potestatem Paduanorum, et Comes in Dnum .... de Turris, et communiter in Dnum Gerardum filium domini Beaquini de Camino de omnibus quæstionibus, quæ erant inter eos ita, quod infra X. dies sententiare deberent vel communiter, vel maior Pars ipsorum Arbitrorum, et sic Patrita, et Comes pro se, et amicis eorum facti sunt amici, et interim sic procuratum fuit quod Partes dimiserunt Arbitros absolutos, et Comes precise exposuit se, et iurauit stare præceptis Dni Patritæ, et tractare per dictos Arbitros, et alios de compositione, et Concordia, et Pace inter Patritam, et Comitem. dicto Patrita petente Cormons Comiti qui erat in Camera Patriarchali in Ciuitate super his, ac præcipiente quod sibi daret Cormons: Comes quasi ad habendum consilium latenter exiuit, et sine licentia occulte cum paucis exiens Ciuitatem recessit, et facti sunt inimici ut prius, non obstante iuramento, et quibusdam securitatibus super hoc præstitis.

mutatio

Mutatio Monetæ

Anno Dni 1274. die Lunæ 3. exeunte Novbris incepit currere nova moneta mutata per Venerab.lem Patrem dnum Raimundum Patcham Aquilegen.

De compos.ne D. Patthe Raimundi cum Comite, et Iustinopolitanis

Item facta fuit compositio sub certis articulis, et pactis inter D. Raimundum Patcham Aquil. ex parte una, et Nobilem Virum dnum Albertum Comitem Goritiæ, et Iustinopolitanos, et eorum fautores ex altera Anno Dni 1275. die 4. ext. Febr.ii in Civit.e Austr. in Palatio Patriali. §

De inundatione aquarum Natissæ

Anno Dni 1276. die XI. intr. Septbris fuit Natisa ita magnus quod fuit extra Ripam, et ultra Ripam usque ad murum Cimiterii S.ti Petri, et etiam ascendit per ipsum murum, et destruxit plures domos ab interiori viæ versus Natisam existentes, deferendo quidquid invenit, destruxit indifferenter omnia molendina, et Portam, et murum Porternulæ factum in deffensionem Civitatis: Ad Pontem ascendit usque ad supremum gradum, et tantum de sumitate maioris saxi pedis Pontis Civitatis remansit aliquantulum quod non transcendit.

De Caristia

Anno Dni 1276. in 9bri vendebatur s. F. 30. den. et etiam plus, mil. 22. et Surcum XIIII, et etiam XVI. den. Item die Sabb. penultima Januarii vendebatur F. 36. den. et tantum Siligo, et plus, Surcum 24., et [illegible] 36, surcum [illegible] 28. den. Item ascendit Fr. ad 50. den. mil. ad 40. Surcum etiam ad 37. et plus. In principio Martii die Sabb. 6. intr. Martio finaliter positum fuit Fr. pro 40. den. Siligo, et faba pro 36, milium pro 28, Surgum pro 24. den. in manu solvendo.

De Mansionariis Civit. pro animabus Mansionariorum.

1277. die Ven. ante Invocavit sc. 12. intr. Febr. in Capitulo Civitatis Canonicis cum Decano generaliter Congregatis comuniter, et generaliter per eos indultum, et constitutum fuit, quod ex tunc Præbenda cuiuslibet Mansionarii primo anno post illius decessum pro anima ipsius cedere Capto Civit.s ad emendum proprietatem pro anima eius presentibus in eius aniversario solito more.

De Mutatione

de Mutatione Monetę

Anno Dni 1277. Ind.ne 5. die 7. intr. Martio Mutata est Moneta quę habebat Patriarchę imaginem interius, et Turris exterius, quę valuerat 14. parv. Veron. in Monetam valentem seu positam 16. parv. veron. habentem interius imaginem S. Marię cum filio, et exterius Aquilam: Item eodem anno die 7. intr. April. fuit proclamatum ex parte Patrię quod ex tunc daretur tantum pro 14. parv. veron. et illa nova quę tunc currebat differens à priori in duabus crucibus parvulis interius, et exterius.

de Parte Fontis apud Solariam

anno Dni 1277. die 7. intr. April. inceptum fuit fodere, et construere fontem apud domum Communis primo

de Castro ędificato per Venetos apud Marzilanum in aqua marina

anno 1284 Ind.ne 12. die 3. vel 4.to exeunte Junio venerunt Veneti primo ad ędificandum Castrum apud Duinum iuxta Marzillanam, et S. Joannem in Mari longe à terra plus iactu machinę vel balistę.

de Morte Quibi Generalchi R. Patrię

die Sab. 7. intr. octobr. interfectus fuit Generalis Rendi P. dni Raimundi Patriarchę Aquil. per Raimundum, Varnerum filios dni Francisci de Pirono, et Jacobum, et forte alios Civitatenses: quare dirutę fuerunt domus dicti Jacobi filij Menguardinj de ultra Pontem, et locus sive Terra Civitatis per dictum Patriarcham fuit supposita ecclesiastico interdicto die Jovis XIX. octob.s usque ad ultimum diem eiusdem mensis, quod suspendit ab ora 3. usque ad beneplacitum suum, eo quod dnus Patriarcha dicebat eum fuisse Clericum, et Vicarium, aut Plebanum, et propter hoc Terra ubi interfectus fuit esse debere supposita Eccles.co interdicto secundum tenorem cuiusdam suę Constitutionis tenorem editę Aquil. in suo Synodo Etc.

de ingressu Prędicatorum ad habitandum in Utino

Anno dni 1285. Ind. 13. die ult.o exeunte Junio ingressi sunt primo in Utinum Fratres Prędicatores ad habitandum ibidem, et primo celebraverunt publice in eorum loco Missam: Lapis autem primus Ecclesię ędificandę impositus fuit ultimo die Maij.

de Salesatura Viarum Civitatis.

Anno dni 1285 die lunę 13. intr. Aug.ti incepit Commune Civitatensis facere salesari, sive facere aptari vias Civitatis incipiendo à Porta Pontis cum Dacio Civitatis.

de Militijs

Militia D. Ioannis de Zuccula

Anno Dni 1285. in festo omnium Sanctorum dnus Ioannes de Zuccula cum Fratre de Orzono facti sunt Milites per dnum Albertum Comitem Goritię apud Ciuitatem in Prato iuxta Stinnuellam, dno Raymundo de Turre Aquil. nolente facere eos Milites, eo quod fecerunt Franciscum prędictum denunciari excommunicatum occasione mortis Generalis fratri sui, qui interfectus fuerat in Ciuitate ut supra: cui Militię interfuerunt Vicentinus, Feltrensis et Concordiensis Episcopi, et Albertus Comes Goritię, Girardus de Camino, de de Prata, de Porcilis, Castelli, Spegnembergh, Villalta, Ebersnon Cramperch, Cucanea, Varmo, et alij dni fere de Castris Foriiulij uniuersis, et etiam Theutonici quamplurimi: quare Curia duravit octo diebus celebris, et curiales interfuerunt bene quingenti &

De elect.ne Prebendariorum Petri de Ovaria, et Nicolaij Ciuidatensis

Anno Dni 1286. Ind. 14. die Lune 2. intr. Octobris in Capit.lo maioris Ecclesię S. Marię Ciuit.s Austrię per dnos Bernardum decanum et alios Canonicos Ciuit. tunc ibidem vocatos, et congregatos solito more primo sunt electi siue creati Petrus de Ovaria Nepos dni Martini dicti Cano., et Nicolausinus filius q.m Meynarducij de Ciuit.te ad dicendum singulis diebus horas B. M. in Ecclesia maiori Ciuit.s apud Aram videlicet quod Vesperas dicere debeant dum Vesperę pulsantur ad Vesperas comunes dominorum et post Matutinas dominorum siue comunes immediate dicere debeant de B. Maria Matutinas, primam, tertiam, sextam, et nonam. Quia Magister Pizolus in suo Testam.to ordinauit, et statuit de bonis suis certis redditus trium Marcharum ad usum Curię Prebendarijs supradictis, qui Prebendarij illas Prebendas habere debeant usque ad 25, seu 26 siue usque ad 27. annos suę ętatis a natiuitate ipsorum, et non ulterius; quę tunc alijs conferantur sub dicta conditione, et forma, et insuper tali conditione quod si non facerent, et non dicerent ut deberent, seu uxorem ducerent inhonestam, Decanus et Capitulum ipsos priuari valeant prebendis prefatis, et alijs ad hoc idoneis illas conferre. Item quod Mansi seu possessiones redituum dictarum Prebendarum esse debeant sub protectione, et regimine Capituli, et specialiter in officio Clauigeri Capituli qui redditus memoratos debitis, et congruis temporibus conduci faciant in Domum Canonicorum, et ibidem illos dictis Prebendarijs per illos, qui eosdem redditus soluere debuerunt, assignari faciet, et persolui. &

De [illegible]

De mutatione monetae

Anno Dom. ...87 Indict. XV. die lunae xxiii. Martio in Civit. Austriae fuit ex praecepto Rev. P. D. Dni. Raymundi Pat. Aquileg. sub voce Praeconis publice proclamatum, quod moneta, quae publice pro nova currebat deberet dari et accipi pro bona usque ad diem Jovis ultimum intr. Martio, et ex tunc pro antiqua dentur.

De exercitu Ecclesiae contra Tarvisinos

Die Dnico praedicto anno ... intr. Junio ivit Venerab. Raymundus Patriarcha Aquileg. ... dus à Civit. ad Montemfalconem, ubi eodem die convenit ad ... maxima multitudo militum, equitum, et peditum de toto Forojulii, Carnea, et Cadubrio ita, quod à 18 ... supra usque ad sexaginta annum omnes praescripti fuerunt praeter servos, et homines ministerij, et de Civit., Utino, Glemona, et aliis Burgis sex homines de scriptis praescriptis ... miserunt unum peditem de ... unum peditem ad ... exercitu. Convenit etiam ad dictum exercitum Dnus Comes Goritiae cum sua gente, et omnes fautores Dni Patriarchae, et Dni Comitis de Goritia, et Sclavonia, et Dnus Meynardus dux Carinthiae, et Comes Tyrolensis misit in auxilium Dni ... Eccl... Aquileg. Venerabilem Pat. Dnum Episcopum ... cum multitudine ... militum, equitum, et peditum ... vineas ... Neapolitanorum, et eorum ... et subsequenter obsedit Castrum ... et cum non posset illud habere ... Et pervenit exercitus ad ... die lunae ... vigilia Sanctae Mariae Magdalenae ... exeunte Julio.

De Dno Brisa Episcopo Tergestino

Anno Dni 1287. die Sabb. 12 ... fuit Dnus Brisa de Top. Canonicus Civitat. confirmatus in Episcopum Tergestinum per Venerab. Raymundum Patriarcham Aquilegiensem.

De ... tione ...

Anno 1287. die Mercurii XXIV exeunte Junio ... per ... die ... intr. Julio subsequenti ... et occupatum ... Dnum ... de ...

De Confirmatione ...

Anno Dni 1287 ... XV. die ...

qui preest Ordini S. Clare per Fr. Petrum Visitatorem Sororum Ordinis S. Clare, et presente Fr. Ministro Ordinis Minorum confirmate sunt Sorores S. Clare apud Austriam Civitatem et datus est eis habitus, et Regula S. Clare.

De Eclipsi Lune.

Anno Dni 1287. Ind. 15. die 12 exte Octobri in nocte sequenti Luna 12. secundum annum lunarem, fuit Eclipsis Lune circa mediam noctem, et visa tunc fuit sanguinei coloris.

De impositione 20. solidorum cuilibet manso, et Rote molendinorum in Forojulii.

Anno Dni 1287. Ind. 15. in mense Octobri impositi fuerunt per dnm Raymundum Patriarcham de voluntate, et assensu Cleri, et Laicorum de Forojulii 20. solidi cuilibet manso, et Rote molendinorum in Forojulii pro absolvendis [illegible], et pedibus contra [illegible] et [illegible] subsidium Tergestinorum, et aliorum quorundam de [illegible] fautorum Eccle Aquil.

De Abbatissa Monasterij S. Clare.

1288 Anno Dni 1288. die 5 intrante Febr. venit Civitatem ad Monasterium S. Clare pro Abbatissa ipsius loci Venerabilis Dna Marcandaida de Mediolano neptis Dni Raymundi Patriarche Aquileiensis.

De Venzono [illegible] Duci Carinthie.

Anno Dni 1288. die Iovis 19. intrante Febr. [illegible] Dnus Raimundus Patriarcha Nobilem virum Dnum Meynardum Ducem Carinthie de Venzono ad rect. et legale feudum Eccle Aquileiensis quod emerat a Vilelmo de Venzono pro mille, et quingentis marcis, ut dicebatur.

De impositione septem solidorum

Item impositi fuerunt septem solidi pro quolibet manso, et qualibet Rota molendini, et fabrica, et pro marcha Nobilium [illegible] die Dnico 7. intrante [illegible] anno prescripto.

De Captione Castri Mugle

Anno prescripto die 4, sive 5. intrante [illegible] Castrum Mugle fuit captum per Venetos, sine datum eis pacto. [illegible] Mugle inferior [illegible] eis data fuerat per [illegible] eodem anno.

De Statuto Debitorum.

Anno Dni 1287 Ind. 15. die Iovis 5. exeunte [illegible] in Civit. Austrie in Palatio [illegible] in presentia Dni Raymundi Patriarche Aquil. cum [illegible] fuit quod quicumque [illegible] infra 15. annos [illegible]

De [illegible]

De Pace inter D. Patriarcham Raymundum et Nob. Comitem Goritiæ Albertum

Ano Dni 1287. Ind. 5. die merc. 9. intr. Junij in Civit. Austria in Palatio Patriali fuit per Dnos Vabrunum [illegible] de Spegrembergh, Joannem de Zuccula Patriarchæ, Ugonem de D[illegible]ino, et Henricum de [illegible] Comitis Alberti arbitros pronunciata arbitrando inter eos firma Pax, et concordia perpetua.

Quando Raymundus Patriarcha ivit ad Imperatorem

1287. Ind. 5. die sabbati [illegible] Septembr. [illegible] Raymundus Patriarcha Aquil. iter accedendo ad Illustrem Regem Romanorum Rodulphum in Carinthia exiens de Civit., et [illegible] ad colloquium die [illegible] habitum ibidem veneris est [illegible] die 9. intr. [illegible] tunc [illegible] die lunæ [illegible] fuit Dnus Patriarcha sententialiter amissa quod [illegible] Nob. de Fagagna manens in Fagagna, eo quod ipse [illegible] confessus est sine tortura, se ad petitionem D. [illegible] ex parte Dni Federici de [illegible], Dni [illegible] Mathiussij de Clemona, et [illegible] de [illegible] sub sigillo illorum de [illegible] scripsisse quasdam litteras, quæ mittebantur per quemdam [illegible] Lombardum, qui cum litteris captus fuit, et confessus Dno Archiepiscopo Medi[illegible], qui erat inimicus Dni Patriarchæ, notificando ei qua die idem Patriarcha arreptu[illegible] erat iter eundi ad Imperatorem Rodulphum, et et quod Dnus Albertus Comes Goritiæ, quidam liberi, et Ministeriales de Foroiulij mittere [illegible] Ambassatores ad dictum Imperatorem contra dictum Patriarcham, et exortabatur eumdem Archiepiscopum [illegible] quod [illegible] illuc etiam suos Ambass[illegible] contra eumdem Patriarcham.

De Captione Castri Tulmini

Ano Dni 1288 die Martis 5. intr. Aprili circa Meridiem acceptum, et captum fuit Castrum Tulmini sub hac forma: Tres erant custodes in Castro unus quorum infirmabatur; et quatuor cum saccis intus ferentes arma occulte ascenderunt quasi vellent emere bladum, et exportare quod vendebatur, et cum venissent ad Portam Castri, et invento ibi solo Custode superveniente, et volente defendere locum, occiderunt illum, et sic obtinuerunt Castrum.

De Rege Bohemiæ interfecto

Ano Dni 1288. Ind. 6. die Veneris 6. exeunt. Aug. interfectus fuit illustris [illegible] Ottocarus Rex Bohemiæ a suis in exercitu, seu conflictu qui fuit [illegible] [illegible] ex parte una, et Illustrem Regem Romanorum Dnum Rodulphum ex [illegible] coronationem [illegible] Imperium [illegible].

De Terremotu

Ano Dni 1289 die 7. ex.te Aprilis in festo S. Georgij sero in crepusculo semel, et iterum circa mediam noctem hora matutinali fuit Terremotus tantus, quod quedam Castra ceciderunt, et mortui sunt qui interfuerunt.

De mutatione monete

Ano Dni 1291. die 8. ex.te Junio mutata fuit moneta in Forojulio ita quod ex tunc nova tantum cucurrit.

De impositione lapidis S. Silvestri

Ano Dni 1292 die 8. ex.te Maio impositus est primus lapis Eccle S. Silvestri edificande in Terra, que dicitur ... per Dnum Joanem, et Rodulfum Fratres de Portis, et eorum fautores, et fuit impositus per Dnum Fulcherium Episcopum Concordiensem licentia D. Raymundi Patriarche.

Quando primo venit aqua Fontis in Curiam Patriarchalem, et apud Solarium.

Ano Dni 1292 die 3. ex.te Augusti scilicet in nocte precedenti venit primo aqua fontis Aqua Fontis Civitatis apud Sol...um et in Curia D. Patriarche.

De Verra habita cum Venetis per Dnum Raymundum Patriarcham, Comitem Goritie et Forojulienses, et alios.

Ano Dni 1293 in principio Martij tempore Dni Raymundi Patriarche Aquileje ... Alberto Comite Goritie, Tergestinis, et Muglensibus impugnare ... Venetos Verra, qui ... detinebant ... alias ... sibi, et ... spectantia ad Ecclesiam Aquileiensem, et ex tunc fuerunt clausi ... Veneti per Dnum Patriarcham in suo ... et ... Paduanos, et Tarvisinos ...

Item eodem Ano die XI. intrante ... in Civitate Austrie in Palatio Patriarchali in Colloquio ... per Dnum Raymundum Patriarcham Prelatos, Liberos, Ministeriales, et Comunitates Forojulij electi fuerunt 24 videlicet 6. Pro Clero, 6. pro Liberis, 6. pro Ministerialibus, et 6. pro Comunitatibus ut quidquid per illos ... etarentur, et mandarentur super facto dicte Verre, et Pacis, attenderentur, et observarentur: Qui ordinaverunt die tunc crastina quod pro Verra faciendo, et defensione, et honore ac ... Eccle Aquileiensis et fautorum eius de quolibet manso omnium ... solui debent 20. solidi ... quod ... et stabilium et solutione fuit.

De Tergesto

Que Verra concordata fuit Ano Dni 128.. et pronunciatum in Civitate die XI. ... sive proclamatum, quod omnes ... Venetias, et quod ...

De transmutatione

De Transmutat.ne Fratrum Minorum in Civit.tem

Ano Dni 1283 Ind. 12. die Iovis 13. int.te Ianuario in oct.a Epiph. quedam Fratres Minores circa sex, vel plures Conventus Civitatensis qui morabantur extra Civitatem apud Ecclesiam S.ti Francisci, venerunt circa horam ~~vesp~~ vesperlinam imo post, et ante crepusculum primo ad habitandum in Domo, et Curia Dni Rodolfii Cadubrini Presbyteri S. Petri de Carnea, quam emerant ab eo Dionisia Sandrina, et Sorores S. Petri quondam de Poloneto habitantes apud S. Pantaleonem, pro qua Domo, et Curia, et etiam non pauca [illegible] per ipsas Sorores dictis fratribus persolvenda eędem Dionisia, et Sorores emerunt pro se ad habitandum locum dictorum Fratrum ubi ipsi morabantur apud S. Franciscum iuxta Civitatem cum Ecclesia, Claustro, ędificijs, viridario, et pertinentijs suis integre in eod.em loco, et hęc facta sunt consensu, et auctor.te Venerabilis Pat. Dni Raymundi Patriarchę Aquileg.s

De Receptione Habitus S.tę Clarę, consecrat.e, et Indutione
Dictarum Sororum.

Ano Dni 1284 Ind. 12. die 4. int.te Iunio in 8.va Pentecostes, presentibus Venerabilibus Patribus Dnis Frat. Fulcherio de Zuccola Episcopo Concord.ie Dno Ulrico de Civit.te Episco Tergestino, et Dno ... Episco Petenensi et alijs quampluribus, R.mus Pat. Dns Raymundus Dei Gratia Patriarcha Aquileg. dedit Habitum Regulę S. Clarę primo Dionisię Sandrinę, et alijs Sororibus olim de Poloneto, et consecravit easdem videlicet Priorissam Sandrinam, Floream, Albam, Sadam, Reginam, Adaleytam, Catherinam, Agnetem(?), Petr[illegible], Bonevenutam, Miliezam(?) filiam Elvirissutis(?) Bernardinam, et easdem primo induit ibi.

De Pęnitentib. nudis se verberantibus.

Ano Dni 1290. in festo S. Andreę venit primo Dnus Aquinus(?) Decanus Aquilegens. cum pęnitentibus nudis se verberantibus [illegible] et statim Civitatenses inceperunt se etiam verberare, ita quod infra octo dies fuerunt de Civit.te se verberantes bene 50., et per [illegible] Civitatibus, Castris, et Villis idem factum est, et infra 20. dies: Initium huius verberationis dicitur fuisse Lombardię(?):

Ano predicto fuerunt magnę discordię sedatę, et etiam inter Patriarcham, et Comitem Goritię, et intantum quod innocentes, et inculpabiles cum nocentibus et culpabilibus [illegible] penitentiam postulabant, et tam in nocte, quam in die per Ecclesias circumeuntes, et per Terras quibusdam velatis capitibus, et personis, ne cognoscerentur [illegible] dorso, et spatulis nudis(?)

in circulo discopertis, ubi se affligebant verberando ad effusionem sanguinis, quibusdam vero in stabulis tantum flentes, et nudis [illegible] scandis [illegible]: Mulieres se in corpore in Ecclesiis convenientes idem faciebant, et quedam occulte in domibus suis.

Quando facta fuit Campana S. Silvestri

Anno Dni 1290. Magister Joannes Tergestinus [illegible] Dni Alberti Sacerdotis, et Conradi q[uonda]m Ardolani Caminarij Eccl[esi]e S. Silvestri fecit campanam predicte Eccl[esi]e de [illegible], et consensu totius Communis Cure Ecclesie predicte 4to int[ran]te martio in supradicta Ecclesia [illegible] [illegible]

De Captione Dni Voddolrici de humiliano

Anno Dni 1290. Dnus d. Comes de Goritia cepit dnum Voddolricum de Humiliano in quadam Ecclesia, que est sub Cormons 12. int[ran]te Martio.

De Tricesimo

Anno Dni 1290. Ind. 3. die 14. int[ran]te Martio venit Vir Nob. D. Albertus Comes Goritie de Carinthia Tricesimum, et cum magna multitudine hominum, Equitum, et Peditum: In nocte vero subsequenti combusta fuit tota Villa Tricesimi cum Ecclesia, et Cortina sibi adiacente a gente dicti Comitis, mane autem facto cum sua gente ivit versus Aquileiam, et permansit in Villa Cervignani usque ad festum S. Georgij: gens autem ivit depredando Forumiulij semper donec in Villa supradicta permansit.

De nudis se verberantibus.

Anno Dni 1290. die 8. int[ran]te Aprili quidam Civitatensis X aut XII inceperunt primo se verberare apud Ecclesiam S. Pantaleonis clam, et paulo post multi se verberare in Civitate ceperunt in nocte: deinde inceperunt currere, et processionaliter verberantes predicti iverunt Cremonam ad quandam indulgentiam, et venerunt per Utinum Civitatem: deinde ceperunt se verberare per totum Forumiulij: Mulieres vero in nocte se verberabant.

De Heremita S. Stephani

Anno Dni 1292. Alsubetta Neptis Dne Lucardis fecit sibi fieri heremitorium prius apud S. Stephanum in quo ipsa intravit, et fuit clausa per Magistrum Hilarium Tesaurarium Civitatensis Ecclesie in festo Assumptionis Ste Marie, ut supra scripto.

De Captione Terre Caprularum

Anno Dni 1290. Ind. 3. die 12. int[ran]te Aprili in Aurora Cursores manu potenti invaserunt, et ceperunt Terram, et Civitatem Caprularum subito, et eam despoliaverunt omnibus bonis, et ceperunt Potestatem cum filiis suis, et alios quinquaginta homines, et omnibus bonis Terre predicte [illegible] totam Terram igni concremaverunt

quibus

quibus peractis moto exercitu suo cum multis lignis, quae acceperunt in
Terra antedicta cum omnibus Aquileiam die venerunt.

De transmutatione Festi B. Margaritae

Anno dni 1291. Reverendus Pat. dnus Raymundus dei gratia Aquileiensis Patriarcha trans-
mutavit Festum S. Margaritae, quod erat in Festo S. Ermacorae, in octava
ipsius S. Hermacorae, et ita ordinavit per totum Forumjulii celebrari.

De Captione Acei

Anno dni 1291. Gavardi [illegible] ceperunt Terram Acei 17. die intr. Maio,
et ipsam Terram, et alias Terras vicinas, et Castra diruerunt, et ad Terram pro-
sternaverunt.

De Werra Ystriae cum Venetis p. D. Raymd. Patriarcham,
Comitem Goritiae, et Forojulienses et aliorum

Anno dni 1289. Ind. 2. Venerabilis Vir D. Raimdus dei gratia S. Sedis Aquileiensis
Patriarcha in festo B. Mariae Aquileia exivit cum sua gente, et suis versus
Montem falconem causa eundi ad Exercitum in Istriam: eo die venit
ad eum Dnus Albertus Comes Goritiae cum sua gente, quae erat in Villa
Cervigniani, necnon omnes de toto Forojulii a 18. annis supra, et a 70. infra
et Carnea, Cadubrio, et Carinthia, in cuius subsidium et iuvamen
misit etiam Nobilis Vir Dnus Meinardus Dux Carinthiae magnam multi-
tudinem hominum: Omnibus vero congregatis apud locum praedictum
Egregius Vir D. Albertus Comes Goritiae supradictus de consensu, et voluntate
Dni Patriarchae praedicti fecit milites D. Henricum de Prampergo, et D.
Nicolaum filium Baldachi de Cucanea in Campanea, quae est sub Castro
superius nominato. Quibus vero peractis ordinatae fuerunt acies
equitum per se, et peditum per se, necnon Rectores cuiuslibet
aciei: Hoc facto computatae fuerunt Acies, et Rector, sive Capitaneus
cuiuslibet aciei suos computavit omnes, et reperti fuerunt in Summa in
toto exercitu quinque millia militum, et quinquaginta millia peditum:
et moto inde exercitu iverunt omnes versus Terram quam Vene-
ti fecerant ante Tergestum, et ibi per multos dies steterunt, et
cum ballistis nocebant sibi inter se, sed nunquam in Campum
praelium convenerunt, et interdum faciebant treguas inter se si
possent concordari, et nostri intrabant Terram Venetorum, et ipsi
Veneti in exercitum nostrorum durantibus treguis conveniebant. Hoc
facto una die Dnus Alb. Comes Goritiae supradictus ignorante dno Patriarcha,
absque voluntate ipsius separatus fuit de dicto exercitu, et recessit,
et tunc dictus Patriarcha habito Consilio Sapientum recessit universaliter

cum omnibus.

cum omnibus de dicto Exercitu die 6. intr. maio, quia dicebatur quod ipse dnus Comes vellet prodere exercitum et ipsum dnum Patriarcham. Deinde celebratum fuit colloquium gle Ciuit. 13. die intr. maio ut Tergestum in alimonijs subueniretur. Cui Colloquio interfuit dnus Comes Goritie, dni Epi Tergestinus, et Concordien., nec non omnes Nobiles de Foro Iulio, in quo Colloquio Statutum et ordinatum fuit quod omnes de Ciuit., Castris et Burgis, et Villis a 18 annis supra, et à 70. infra ire deberent ad exercitum prelibatum: Qui dnus Patriar. iuit versus montemfalconem 8. die intr. Iunio: Eodem verò die venit ad eum Henricus filius Comitis Goritie cum sua gente, et magna multitudo de Foroiulij, et mouerunt exercitum causa eundi Tergestum [illegible] cum Curribus, et Animalibus defe-rentibus victualia, et ita euntibus ipsis per stradam, que vadit versus Tergestum faciebant strepitum, et rumorem extra modum et in nocte ignes copiosos per montes quia frigus erat: Veneti qui erant in Ciuitate illa, que erat ante Tergestum, cui imposue-runt nomen Romagna, audierunt rumorem magnum, et strepitum à longe, quem exercitus faciebat, timuerunt timore magno cre-dendo quod exercitus esset maior quam fuerat prius, et erat satis minor, omnes nauem intrauerunt qui potuerunt, et multi in aqua submersi sunt per nimiam festinationem, et solicitudinem, quia nec Pater filium, nec filius Patrem expectabat: et ita die 17. intr. Iunio fugierunt dimissis illic multis bonis, que quasi omnia Ter-gestini acceperunt, quia nostri multum distabant quando illi fugierunt.

De Pace inter Venetos et Forolulienses

Ano. Dni 1291. die XI. intr. 9bri in festo S. Martini preconizata fuit Pax in Ciuit. Austrie inter dnum Patriar. et Forolulienses ex parte una, et Venetos ex altera, et per totum Forumiulium sub certis Pactis et articulis: videlicet quia ipsi Veneti sine aliquo tenore dimitterent Castrum de Mugla, et Burgum, et Castrum de Mucon, et omnia loca que occupauerant, sicut ceperant post inceptionem Verre predicte. Alia verò loca, que prius ceperant debant seruare ipsi Veneti usque ad sententiam, sive deffinitionem dni Pape: et omnes incarcerati ex utraque parte dimissi fuerunt, et omnes Portus fuerunt aperti &c.

De obitu Ven.

De obitu Venbis Viri Dni Fulcheri

Año Dni 1293. Ind.ne 6. Venerabilis Vir Dnus Fulcherius Concordiensis Episcopus obijt die 13.

De electione, et confirmat.ne D. Iacobi q.m Ottonelli

Item prescripto año Dnus Iacobus q.m Ottonelli Canonicus Ciuitat. electus fuit in Episcopum Concordiens. comuniter per omnes Canonicos preterquam per unum, qui elegerat D. Bernard. Decanum Ciuitat. qui postea renunciauit sue electioni, et in ipsum D. Iacobum consensit 4. die ex.te Aprili, qui postea confirmatus per D. Raijmund.m Patriarcham fuit in Vtino.

De Consecratione D. Iacobi

Año Dni 1293. Ind. 6. Venerabilis Vir Dnus Iacobus q.m Ottonelli consecratus fuit in Episcopum, et Pastorem Concordiensis Eccliae per Dnum Brisam Tergestinum die 12. ex.te Decembri scilicet in uigilia S. Thome Apostoli in Aquileiensi Palatio.

NB Brisa de Toppo

Item eod.m año in die S.ti Thome Apostoli post missam in Capitulo Ciuitat. Eccliae data fuit mihi Iuliano prebenda D. Iacobi per Dnum Oldoricum de Ragonea, et per Capitulum predicte Eccliae Ciuitat., et mansionaria mea predicto die data fuit Ioanni fratri meo.

Nomen Cronistae

Item ego Iulianus celebraui primo missam 9. die maio currente dominica per C. año Dni 1294.

Item eodem año facta fuit fenestra apud maius Altare xi. die ex.te 9bri, et fuerunt facte in S. Donato, et sub confessione in illis diebus ante quatuor, uel quinque.

De Verra illorum de Castello, et Zucculi

Año Dni 1294 die x. intr. 9bri Dnus Arbrijcus de Castello cum adiutoribus suis scil. Dño Federico de Varmo, Dño Simone Cucanea, illi de Pulcinico, Dño Francō de Brunvm, et forsan alijs depredatus fuit Dnum Ioanem de Zucculi occasione bonorum quam Dni Valtri Bertoldi de Spegnimberch, quia ipse Dnus Arbrijcus uolebat medietatem bonorum propriorum tam Castellorum quam etiam familie eo quia Vxor ipsius D. Arbrijci tantum frat Dño Valtero Bertoldo, quam bonum Dnus Ioanes de Zucculi. Verum quia Dnus de Zuccula facta sua congregatione uidelicet cum omnib.

illis de Villalta, de Prata, de Ristimberch, de Prampergo, Dno Joanne et Dno Vrulino de Portis, et aliis quampluribus, et ceperunt depredare ipsum Dnum Arbricum, et suos adiutores pro posse si= militer. In adiutorio vero ipsius Di Joannis miserunt Jorgersini bene ducentos pedites, qui venerunt in Civitatem, et iverunt Zucullam xi. die intrante XBri, et tunc die 3. subsequenti sc. in festo S. Lucie ipsi pedites cum illis de Villalta, de Prata, de Prampergo de Ristimbercho, et de Remgolora et cum filiis Dni Asquini de Varmo unusquisque cum posse suo toto in= traverunt Villam Fagedis, quam Dnus Odolricus de Cucanea exiret eis obviam cum XI. et munitionibus eis patefactis, et intravissent intraverunt cum eo Villam predictam et ceperunt Dnos Thomasium, Varnerum Canonicum Civita= tensem de Cucanea, Arbricum filium Dni Francisci, et Vernerium, Vidottum de Fagedis, et alios, et duxerunt eos ad Spegnimberch, et eos illi in vincu= lis tenuerunt preter Dnum Thomasium qui dimissus fuit precibus Communis Civitatis, nec non bonis securitatibus factis super hoc quod partem adiu= varet in dicta Verra, deinde inceperunt omnes domos comburere Mas= siorum, vites roncare, et etiam homines capere qui erant de parte, et facere omnia mala. Venit autem in subsidium Dni Arbrici de Castello Dnus Ezardus de Camino cum magna multitudine hominum, equitum et peditum, nec non et curruum, et obsedit Castrum illorum de Villalta nomine Variani 8. die intr.te Aprili cum omnibus illis qui erant de parte quod quidem Castrum cum machinis, et aliis edificiis expugnabant, sed videntes intrinseci quod se defendere non valebant eis ipsum Ca= strum dederunt die 13. subseq.te tali pacto, quod salvi, et sani ire de= berent cum omnibus bonis, que accipere voluerunt de ipso Castro, quod ita factum fuit: deinde die crastina Dnus Dietalmus de Villalta timens ne ipsum Castrum diruerent, et ne sub Villalta venirent ad runcandum, et destruendum, venit ad loquendum Dno Ezardo de Camino, et dixit quia volebat tractare de Concordia, et Pace si posset et ita siluerunt partes, et fecerunt treguas, et finaliter fuerunt concordes hoc modo. In vigilia S.ti Georgii: quia Castrum Variani restitutum fuit illis de Villalta, et illi qui fuerant capti Fagedis di= missi fuerunt hoc pacto etiam habito inter eos, videlicet quia Dnus Arbricus de Castello elegit duos suos amicos Dnos Leonardum de Brazzacco et Franciscum de Rivalota, et Dnus Joannes de Zucula elegit Dnum

Henricum

Henricum de Prampergho, et D.num Quontium de Civitate pro suis
amici, et quod ipsi quatuor deberent videre iura utriusq. partis
usque ad festum S. Petri, et si eos concordare non possent, deberent
ipsi quatuor eligere unum quintum amicum, et si non possent de
quinto amico eligendo se concordare tunc ille de Zucculis debe-
ret facere reddi Ostrum de Variano illi de Castello et ille de Ca-
stello debebat illos, qui fuerant capti Fagedis similiter facere redi-
re ad Spegnembergum ut prius fuerant, in Carcere et hoc sub
pena 60. Marcarum de bono proprio ad usum curie deveniendo
parati quod predicta observarent si concordes esse non possent
ut dictum est, et de attendendis, et observandis omnibus supradictis
facte fuerunt bone securitates per ipsas partes una alie, et
instrumenta, et facte fuerunt treugue inter eos usque ad fe-
stum Purificationis S. Marie sub pena mille Marcarum, et
omnia hec facta fuerunt super Ripam Cormoni presentibus
D.no Raymundo Patriarcha, et D.no Rizardo de Camino, et aliis
pluribus Nobilibus

De Cassatione Canonicorum Electorum Civitatis

Anno D.ni 1296. Ind. 9. Venerabilis P. et D. Raymundus Patriarcha die x. intr. Ja-
nuario in Palatio Aquilegensi cassavit omnes electos, et receptos in
Canonicos Civitatensis Ecclesie, quia non erant confirmati per
curiam Romanam, vel per ipsum Patriarcham.

De electione, Coronatione et Renunciatione olim Frat. Petri in Papam Celestinum V. electi

Anno D.ni 1294. Ind. 7. Frat. Petrus de Murrone electus fuit in Papam
Celestinum V die 5. intr. Iulio Cardinalibus existentibus apud
Perusiam, et coronatus apud Aquilam Civitatem Terre Abrutij
8. intr. Septembri. qui Papa Celestinus eodem anno die 13. intr.
Xbri renuntiavit in Manibus Cardinalium Papatui Neapoli.

De electione Pape Bonifacij

(. . . . .)

De Fossatu Burgi S. Petri

Anno D.ni 1297 die 5. exe. Januario inceptus fuit fossatus Burgi S. Petri
fodere.

Anno

Anno predicto Henricus filius Dni Alberti Comitis Goritie diffidavit R. P. D. Raymundum Patriarcham Aquil. die XIII intrante ianuario, cum esset Aquileie Patriarcha predictus, et fecerunt utrique inter se magnum damnum &c.

De militia Dni Henrici Comitis Goritie, et aliorum

Anno Dni 1297 prima die Xbris R. P. D. Raymundus Patriarcha fecit militem dnum Henricum filium Dni Alberti Comitis Goritie cum quibusdam suis Theutonicis, et etiam D. Thomasium de Cucanea, D. Henricum de Budrio, et Dnum Constantinum de Utino in loco qui dicitur Pons de Attimis prope Villam Paderni supra Turrum.

Autore de Savorgn. del Seggl.

In margine

Constantinus Savorgnanus cum Carsmano fratre recuperavit Patriche Castrum Buie cum aqua Ledre, fuit creatus miles supra Ponte de Attimis &c.

De repraesentatione ludi Christi

Anno Dni 1298 die 7 exeunte maio, videlicet in die Pentecostes, et in aliis duobus sequentibus diebus facta fuit repraesentatio ludi Christi, videlicet Passionis, Resurrectionis, Ascensionis, Adventus Spiritus Sancti, et adventus Christi ad iudicium in Curia Dni Patriche Austrie Civit. honorifice, et laudabiliter per Clerum Civitatis.

De Guerra Venetorum et Ianuensium

Anno predicto die 6 intr. Septembri Veneti fuerunt devicti in prelio supra mari per Ianuenses, in quo quidem prelio fuerunt interfecti ex utraque parte quamplurimi, sed ex Venetis satis plures, et finaliter Veneti subcubuerunt in prelio, et capti fuerunt ex ipsis Venetis quamplurimi per Ianuenses predictos.

De Captione Castri Tulmini

Anno Dni 1299 die X ext. Ianuario Captum fuit Castrum Tulmini per gentem Dni Comitis Goritie in Aurora diei &c.

De morte Raymundi Patriche

Anno Dni 1299 die 6 ext. Februario in Castro Utini Raymundus Patriarcha Aquileiensis obiit in Domino, qui vixit in Patriarchatu vigintiquinque annis, uno mense, et decemseptem diebus, qui quidem deportatus fuit Aquileiam, et sepultus in Capella per ipsum facta versus meridiem, et occidentem in Ecclia maiori Aquileie &c. Req. in Pace. Amen.

De electione Dni Conradi

De electione D. Conradi Ducis Poloniæ in Patriarcham Aquil.

Item eod.m anno 1299. die 5. intr.te Martio electus fuit in Patriarcham Aquileien. Dnus Conradus dux Poloniæ unanimiter, et concorditer per Capitulum Aquileien.

De Dno Henrico Comite Goritiæ electo in Capitaneo, et de Guerra sua

Item eodem anno XIII. die ex.te Martio in Prato Campiformij receptus fuit Dnus Henricus Comes Goritiæ in Capitaneum Foriulij; qui Dnus Comes in mense Julij eod.m anno congregavit exercitum copiosum, in cuius auxilium venerunt Dnus Gerardus de Camino cum magna multitudine, e Dnus Comes de Ortemburg cum magna gente, et etiam quasi omnes Castellani, qui venerunt cum omnibus suis in Villa de Basaldella, quæ est prope Utinum credentes posse habere Utinum, et cum ibi stetissent per aliquos dies, et aquæ suis et eis accepta recesserunt inde, et iverunt Puzolium apud Savorgnanum, et omnia ista fecerunt ideo quia Comunitates cum dem Dnum Comitem non timebant Civitates intrare: finaliter facta fuit compositio, et Pax in vigilia Assumptionis per Comunitates et per Dnum Philippi, qui erat Vicarius Dni Petri Patriarchæ, qui Patriarcha nondum venerat; quod deberent dari eidem Comiti certam pecuniæ quantitatem, et ipse deberet desistere ab inceptis: qui Dnus, et sui cum suis fautoribus sibi inde recesserunt: sed antequam hæc essent pacificata damnum fecerunt non parvum deprædando, capiendo homines, et etiam mulieres vetulas, et parvos pueros spoliando, et quod est obrobrium dicere omnes Ecclesias rumpentes quidquid sibi incurriebant inhumaniter deportantes.

Item Anno Dni 1299. 8. intr.te Apli in Aquileia Dnus Gyllo Archidiaconus Aquil. factus fuit et receptus Vicedomus per Capitulum Aquil., et Dnum Henricum Comitem Goritiæ, Capitaneum, et per omnes Foroiulien. hoc pacto, et conditione, quod ipse Vicedominus non deberet dare alicui Castellano aliquod Castrum Domus Aquil. in Guerra, nec aliquam Castaldiam. &c

De Dno Petro Patriarcha

Item eod.m Anno venit Ven. Dnus Petrus Patriarcha in Forumiulij circa festum S.ti Michaelis, in Civitatem vero venit in festo B. Lucæ Evang.tæ confirmatus, et consecratus per Papam Bonifacium 8. anno prædicto in festo Nativit.tis S. Joannis Bapt.tæ.

De amplificatione Fori Civid. per emptionem trium domorum

Anno Dni 1299. in mense Maij Comunitas Cividensis tres domos, quæ erant prope forum, et domum Martini Longi ex altera parte pro ampliando forum, quia erat parvum nimis, et arctum, et ipsas domos diruerunt eod.m anno in mense prædicto Maij. &c

De Fulgure

Anno Dni 1299. in mense Junij in festo S. Joannis Bapte in auro ra diei Fulgur in Turri maioris Ecclie Civitatis, et proiecit ad terram Crucem cum Gallo. et cum lapidibus tenentibus ipsam crucem, qui ruperunt tectum Ecclie S. Joannis vehementer et tunc coram oculi eorum fulgur intravit Ecclesiam, et interfecit Jacobum Subdiaconum, Felicem Pisij de ultra Pontem, qui erat monacus, ante altare S.ti Paulini in Choro, et de stellis, quae sunt super altare maius proiecit ad terram ultra XII, et Candelabra, quae sunt circa altare et in Sacristia descendedit, et rupit aliquantulum de Muro Sacristiae ubi servantur vinum, et cera, et de Scalis unde illuc descenditur, et etiam fuit in Capella S. Laurentij, ubi similiter rupit de Muro super Altare, et fenestram ve= tream quae est post ipsum Altare, et de Cruce maior, et etiam de Choro versus Cameram Patriarchae, et sciendum est quod plures de Dnis occidisset, sed in Choro non erat, quia in Sero dixerant Matutinum.

De Guerra inter Dnum Patriarcham, et Dnum Gerardum Caminensem

Anno Dni 1300. in mense Junij Dnus Nicola nepos Dni Petri Patriarchae dedit Dno Gerardo de Camino locum Sacili, et incontinenti recessit idem Nicola ad terram suam, et Dnus tenuit ipsum locum eo quod dicebat Dnum Petrum Pa= triarcham velle dare eundem locum Dnum Gerardum de Castello inimico Dni Gerardi de Camino mortali: Propter quod orta est Guerra inter Dnum Pa= triarcham faciendo eidem Comunitates, et pauci Castellani ex parte una, et Dnum Gerardum de Camino et Comitem Goritiae quasi cum omnibus Castellanis ex altera in tantum quod destruxerunt totam Terram Fori Julij, et Villas combusserunt. et in vigilia Assumptionis S. Mariae positis insidijs nrae parti per eundem D. Gerardum ultra flumen Liquenze nostri succubuerunt, et mortui fuerunt ibidem quamplures, inter quos mortuus fuit Dyetricus de Rubignacco, et Branca de Civitate, et in aqua mor= tuus fuit filius D. Nicolai de Budrio, et alij quamplures quorum numerus nescitur: Pax vero reformata fuit, et preconizata eodem anno 4. d. ante festum S. Martini.

De adventu Dni Meynardi Comitis de Ortemburgh in Civitatem

Anno Dni 1300. Dnus Meynardus Comes de Ortemburgh, qui factus fuerat Capitaneus Generalis per Dnum Petrum Patriarcham venit in Forumjulij videlicet in Civitatem in subsidium Dni Patriarchae, et A= quilejensis Ecclesiae contra Dnum Gerardum de Camino, Comitem Gori= tiae et quasi contra omnes Castellanos Forojulij die X. intrante Septembri qui obsedit Villaltam in festo S. Mathaei Aptli et fecit ei magnum damnum &.

De morte Ven:

De morte Venerabilis Pat. Dni Petri Patche

Ano Dni 1301. Ind. 14. die X. ext. Februario Venerab. Pat. Dnus Petrus Patcha Aquil. obijt in Castro Utinensi, et sepultus fuit ibidem in Capella S. Mariae

De Indulgentia Romae concessa per Papam Bonifac. 8

Ano Dni 1300 Summus Papa Bonifacius 8. qui destruxit illos de Columna totaliter, et Civitates illorum, et Castra destrui fecit. Concessit et dedit omnibus vere penitentib. et confessis qui limina Sanctorum Apostolorum visitabunt à festo Nativit. Dni currente 1300. usque ad anum unum, et etiam qui stabunt Romae continuis diebus XV. visitando singulis diebus loca sancta, Indulgentiam omnium peccatorum, excepto peccato usurae; ad quam indulgentiam ivit populus sine numero.

De electione Dni Pagani, et Dni Ottonis, et Verra

Ano Dni 1301. Mortuo Dno Petro Patcha Capitulum Aquileiense convenerunt de electione facienda in festo B. Matthiae Apost., et elegerunt in Patcham omnes Canonici Dnum Paganum de la Turre Nepotem q. Dni Raymundi Patchae, decanum Aquileiens. exceptis Dno Jacobo Episcopo Concord., et Ugone de Villalta Archidiac. Aquil., et Odolrico de Cremona Can. Aquil., qui postulaverunt D. Ottonem de Ortimburch Prepositum . . . . . ., qua electione, et postulatione celebrata tunc unanimiter elegerunt Dnum Vidonem de Villalta Canonicum Aquileiens. Vicedominum Generalem, qui Dnus Vicednus cum vellet Gastaldias dare, prout erat consuetudo, Communitates Civitatensis, et Utinensis, et quidam alij nolentes sibi dimittere, quia dicebant se emisse à Dno Petro Patcha dictas Castaldias, et sibi solvisse pro ipsis, orta est inter Communitates ex parte una, et Vicedominum cum Castellanis ex altera Verra, quae de causa combusserunt Villas, et depredasunt omnia ubicumque potuerunt recipere: deinde elevatus fuit Capitaneus Dnus Henricus Comes Goritiae per ipsum Capitulum Aquil., et Castellanos ~~[illegible]~~, die 5. intr. Julio eod. anno.

Item die seqti Julio Civitatenses cum gente Comitis de Ortimburgh intraverunt Villam de Fagedis, et ipsam combusserunt, omnia inde asportantes, et omnia concremaverunt.

Item 6. die seqti iverunt Utinenses cum Theutonicis ad Villam . . . . et ibi ceperunt multos homines et depredati fuerunt ~~Villam~~ villam combusserunt circumd. Villae et ex tunc tota terra Foriulij tam ex parte una, quam ex alia fuit destructa totaliter; quae Verra, et discordia in festo exaltationis S. Crucis tractatu Dni Meynardi filij Dni Alberti Comitis Goritiae fuit pacificata, et factae fuerunt Treguae eod. die usque ad festum Circumcisionis Dni futurum.

de grandi Terremotu

Anno Dni 1301 die xi intr. Junio die Dnico in aurora diei fuit Magnus Terremotus, et circa nonam semel, et post vesperas ter eodem die, et in seq. nocte post mediam noctem semel.

De grandi tempestate

Item eodem anno in vigilia S. Vodolrici fuit in Civit., et circa Civit. tempestas grandinum magna, que quasi destruxit oia circa Civit., et fuit grossa sicut ova.

De adventu Dni Ottoboni Patriarche

Anno Dni 1302 penult. die mensis martij Sumus Pontif. Bonifacius 8. contulit Patriarchatum Aquil. Dno Ottobono tunc Epo Paduano, et Episcopatum Paduanum Dno Paganino Decano Aquil. electo in Patriarcham exist. in Curia Romana super questione ipsius Patriarchatus: qui Ottobonus venit in Forumiulij vid. Utinum x. die ex. Augusto, in Civitatem vero die 6. ex. Augusto

De Turri, et Scalis lapideis per Patriarcham Ottobonum

Anno Dni 1303. Venbis Pat. et Dnus Ottobonus Dei gra Aquil. Patriarcha fecit edificari, et construi in Aust. Civit. Turrim cum Scalis lapideis versus Ecclesiam, et incepit in Maio, et perfecit ipsum opus in Aug. pred. ano.

De igne in Civit.

Anno Dni 1303. die xii intr. Junio circa mediam noctem exiuit ignis de domo Boni prope Portam Pontis Aust. Civit. [illegible] versus orientem in qua morabatur quidam Tuscus noe Augustinus, et combussit oes domos dni Bernardi decani, et domos Dni Enrici de Prampergho cum Turri, que fuerant Dni Livardini Militis, et illorum de Orzono, et omnes domos ab utraq. parte vie usq. ad viam qua itur Pusterulam, sive ad Molendinum, et eundo versus Fratres Minores omnes domos ab utraq. parte duarum viarum combussit, et domum Dni Abbatis Rosacensis et domos Fratrum Minorum cum omnib. domibus curie site apud domos Fratrum, que dicebatur Curia Dni Abbadote. 8

De Morte Musatti

Anno Dni 1304 Musattus de Civit. Capitaneus sive Castaldio Montisfalconi nomine et vice Dni Patriarche Ottobonis fuit interfectus per Dnum Rodulfum de Duino apud Montemfalconem ipso Musatto venante cum ancipitre die 4 septbris, et die 5 eius mensis portatus fuit Civitatem, et sepultus ad Fratres Predicatores, quia ipse Dnus Rodulfus inimicabatur eidem Musatto cum quibusdam alijs ad mortem.

De representatione Ecclesie

Anno Dni 1304. facta fuit per Clerum sive Capitulum Civitatensis representatio, sic facte fuerunt representationes infrascripte Inprimis de Creatione primorum parentum deinde de Annunciatione B. M. Vir., de Partu, et alijs multis, et de passione, resurrectione, Ascensione, et Adventu Spus Sci, et de Antichristo, et alijs, et de adventu Iesuchristi ad iudicium et predicta facta fuerunt solemniter in Curia Dni Patriarche in Festo Penticostes cum duob. diebus sequentibus presente [illegible]

R. D. Ottobono

R. D. Ottobono Patriarcha Aquileiensi, Dno Jacobo q.m Dni Ottonelli de Civitate Episcopo Concordiensi, et alijs multis Nobilibus de Civitatibus et Castris Foriiulij 6. ex. Maio.

De morte Ill.mi Viri Dni Alberti Comitis Goritiae

Anno Dni 1304. Nobilis Vir Dnus Albertus Comes Goritiae obijt Goritiae, et sepultus fuit Rosacijs in vig.a Nativ.s S. Mariae: et factae fuerunt ibi magnae oblationes in die suae sepulturae: dati fuerunt 40. denarij aquil.s unicuique Sacerdoti.

De creatione duorum Prebendarior. per Ven. D. Bernard.m Decanum Civitaten.

Anno Dni 1304. Venbis Dnus Bernardus Decanus Eccliae Civit.s fecit, et de novo creavit Presbiteros Quirinum . . . . . , et Nicolaum filium Dni Benevenuti die 8. int.e Octobri suos Prebendarios in Maiori Ecclia Civit.s quibus dedit certos redditus, et proventus, et eod.m anno facta fuit sibi gratia in Capitulo Civit.s per Capitulum, quod Presbyteris eis.dem et suis Successoribus non porrerent aliquas collectas tali quidem conditione et pacto quod praedicti Prebendarij singulis diebus dicere teneantur unus ad maius Altare sumo mane, et alter dicta missa maiori in S.ta Joanne Baptista certas et determinatas missas, ut in ipsius ordinat.ne plenius continetur, et quod ipsi teneantur continue interesse Officijs canonicis.

De nive grandi

Anno praetensripto in festo B. Blasij incepit ningere in Civit.e, et fuit nix tam magna, quod non fuit homo qui dixisset se unquam vidisse in Foroiulio ita magnam; et fecit damnum valde grande de arboribus et specialiter pomiferis, et diruit plures domos, et specialiter in Tulmino destruxit villas, et domos quamplures, ubi mortui sunt homines, et bestiae satis multae, quae nix duravit in Civit.te bene 15. diebus in Aprili.

De Captione Spegnimberch.

Anno Dni 1305. die vicimo Iunij Nobilis Vir D. Rizardus filius D. Gerardi de Camino obsedit cum magna multitud.e equitum, et peditum Caminum, et locum Spegnimberch in cuius subsidium, et iuvamen Dnus Marchio Ferrariensis misit gentem suam, et magnus Ill.mus Vir Dnus Henricus Comes Goritiae Cognatus dicti Dni Rizardi venit personaliter cum magna gente bene personaliter. Nobilis Vir Dnus Meynardus Comes de Ortemburch venit etiam personaliter ad dictam obsidionem qui erat similiter cognatus ipsius Dni Rizardi: Dux Carinthiae misit etiam ibi gentem suam: Forojulienses quasi omnes venerunt in subsidium ipsius D. Rizardi: Omnibus ibidem congregatis inceperunt machinis, balistis, alijsque edificijs expugnare locum ipsum, et eis incontinenti abstulerunt aquam, et ita obsederunt eumdem locum, quod inde nullus exire poterat; quem quidem locum certis pactis postmodum minime observatis, ut dicebatur, eidem Dno Rizardo sponte dederunt die 6. Augusti.

De Verra inter Dnum Patriarcham, et D. Rizardum

Item Anno 1305. Rev. Pat. et Dnus Ottobonus Patriarcha Aquileiensis exivit Utinum die 6. ex Septembr.

ex.te Septbri cum gente sua, et gente D. Ducis Carinthiae: qui Dux Carinthiae
perigit foedus certis pactis habitis cum D. Patcha, videl. quia Patcha con:
cessit Duci loca sua, quae sunt in Carinthia, et ipse Dux promisit iu-
vare D. Patcham et Aquil. Ecclam pro posse suo: qui D. Patcha ivit
ad S. Vitum, et Civitatenses, et Utinenses, et pauci Castellani venerunt ibi:
et praedicto die, scil. 6. ex.te Septbri Religiosi Viri Frat. Albertus Vicarius Dni . . .
et Fratres Augustinus, et Enoch eius socius, et Nobilis Vir Dnus . . . . .
miles, et familiaris Dni . . . . cum filio suo venerunt Sacilum nomine
Dnum Rizardum de Camino ex parte Dni rogare quod Sacilum, et Caniganum
alia loca Ecclae Aquil. reddere deberet, quae reddere recusavit, et praedictos
Fratres, et D. Ernestum cum filio Ambasiatores Dni super praedictis incar-
ceravit: [illegible] vero Patcha stabat ad S. Vitum, et gens sua et ducis
aliquando ante Valvasonum, aliquando ante Spegnemberch, et contra inimicos
singulis diebus equitabant tam amicis quam inimicis nocendo, et ibidem
D. Patcha faciebat fieri Pontem unde posset ultra flumen Liquentiae trans-
fretare, ex alia parte fluminis erat gens Dni Rizardi cum aedificijs suis
bene munita, et non permisit dictum Pontem complere, nec in aqua ponere
deinde factae fuerunt treguae inter D. Patcham, et D. Rizardum usque ad festum
S. Georgij, et in vigilia Omnium Sanctorum Dns Patcha redijt Utinum cum gente sua.

De Werra inter Civitat., et D. Ioannem de Zeyzano

Ano Dni 1305. die lunae XI. intr. octobri veniens D. Paulus Capitaneus Tulmini
de Tulmino combussit domos Massariorum Dni Ioanis de Zeyzano, qui erat contra
D. Patcham, et etiam combussit domum Camocij, qui est prope pontem Alzidae
super ripam Natissae. Ob hoc D. Ioannes motus cepit Leonardum filium Eberardi
de Civit.te, et quemdam Calciferum de Porta Brossana, et duos alios sub Zeyzano
et accepit boves, et armenta, et castros bene in magna quantitate macella
torum de Civit.te, quae erant in Zirinuch in pascuis: ipso die Civitaten-
ses statim miserunt nuncios ipsi D. Ioanni qui relaxaret homines,
et animalia redderet, qui cum reddere nollet eodem die, et etiam die sequenti
Civitatenses combusserunt et concaverunt ipsum D. Ioannem usque ad muros Castri.

De Captione Dni Odolrici de Castello

Ano Dni 1305. die 2. intr. Decbri D. Valtrusperoldus filius Ioanis de Zucula
peribus insidijs cepit D. Odolricum de Castello in Strata alta, veniendo
ipsum D. Odolricum de Zeuiglio, et capti fuerunt cum eo nisi duo ex suis, et
duxit eos ad Zuccolam, cepit vero eum quod sui causa dicebat se per-
didisse locum suum de Speggenberch, et sibi dicebat: fac mihi locum meum
restitui, et ego dimittam te.

De Captione Castri de Budrio

Ano Dni 1306 D. Nicolaus filius q.m D. Henrici de Budrio die 6. Ioviis intr. Febr.io

cum

cum gente D. Henrici Comitis Goritiæ ceperunt locum sive Turrim, et partem Castri Dnorum Vodolrici, et fratrum de Budrio ejectis Dnabus: et eodem die depredati sunt Villas circumiacentes, et sic munierunt eundem locum: die 8. Iunii sequenti Gens Dni Patriarchæ cum Utinensibus, et Civitatensibus combusserunt Villam de Budrio, et vacuaverunt eos usque ad murum Castri, et his factis eodem die recesserunt.

De Villa de Trivignano

Item die 8. exeunte Februario prescripto anno D. Nicolaus de Budrio antedictus cum gente D. Comitis, et ibidem presentibus Dnis Rodulfo de Duino, et Ioanne de Vel-lasta, et aliis multis non casu sed studiose, et voluntarie combusserunt Ecclesiam S. Theodori de Trivignano ignem cum lanceis per fenestras ponendo, in qua Ecclesia combusserunt ultra 60. inter mulieres, et pueros, et reperti fuerunt pueri parvi quamplures super Altare combusti: Cetera vero videlicet Corpus domini, Chrisma, et oleum Sanctum, et alia ornamenta Ecclesiæ, quæ ibi fuerunt combusta quas reservat [illegible] cum dolore, et gemitibu, et in festo S. Mathiæ tunc proximo sequenti videlicet exeunte Februario D. Henricus Comes Goritiæ et alii quamplures ex Castellanis iverunt personaliter Trivignanum, et combusserunt Turrim Ecclesiæ, et unus puer qui erat in Turri non valens descendere proiecit se per fenestras sive cancellos turris, et ibi predictis Dnis videntibus dissolutis membris, et separatis obiit; et duo alii homines inde similiter se proiecerunt: postea combusserunt totam Villam.

De Orsaria, et Premariaco

Item predicto anno combusserunt Villam Orsariæ, Villam Premariaci et duxerunt secum multos captos ex Rusticis Budrium die 6. exeunte Februario:

Item 13. die intrante Martio venit gens D. Comitis apud Utinum quasi iuxta portas, et D. Paulus Boiani, qui erat Utini currens post ipsos usque Pradamanum, et D. Carismanus de Utino cum Utinensibus, et cum multis peditibus, et postea [illegible] apud dictam Villam Pradamani, ceperunt unum ex equitibus Dni Pauli; et ex peditibus circa 80. et mortui fuerunt circa 4. vel [illegible] 6., et sic ipsis prelian-tibus ibi vix D. Paulus evasit, et etiam fuerunt quamplures vulnerati; et ita troga recessit.

De combustione Villæ Zalani

Item XV. die intrante Martio in vigilia S. Ilarii Comes Henricus cum suis sequacibus intravit in Villam Zalani circa tertiam, et venerunt in Campum, qui est in capite Campi ubi [illegible] residuum exercitus dispersus per Villam tam equitum, quam peditum combusserunt viriliter totam Villam, et Caravanam, et Vadum, et vacuaverunt maiorem partem Villæ usque ad Burgum.

De adventu illius de Duestain, et captione Budrii

Item anno predicto die XI. Ianuarii, Nobilis Vir D. Conradus Duerstain venit in Utinum in auxilium D. Ottoboni Patriarchæ cum magna gente equitum, qui D. Conradus erat Capita-

Capitaneus Ducum Carinthiae, et de ipsorum voluntate, et consensu venit
in Forumjulij die proximo, videl. die Lune: et 14. die April. die Jovis Rev.
D. Ottobonus Patriarcha una cum D. de Duinstain, et Communitatibus, et alijs Castel-
lanis fidelibus obsedit Budrium, et 3. die scil. die Sabbati tunc sequenti
summo mane expugnaverunt ipsum Castrum, et ante tertiam ipsum ceperunt, nullo
(Deo gratias) ex nostris ibi mortuo, et ceperunt D. Nicolaum et fratres, et multos ex
gente D. Comitis: et fuerunt capti bene 100, et plures, et ducti fuerunt Utinum.
Deinde D. Patriarcha dedit illi de Duinstain ex Theutonicis quosdam, et fecit duci in
Carinthiam illos de Budrio cum quibusdam Theutonicis, e [illegible] Dni Aquilini
fecit recludi in Turri Clemonae: alij quamplures Utini remanserunt: et praescripto
die Sabb. statim capto Castro ipsum combusserunt, et muros pro majoribus die dominica
fundibus diruerunt, et D. Patriarcha rediit Utinum.

De Castello

Item anno praedicto R.D.D. Patriarcha cum exercitu suo exivit Utinum X. die ex.te Aprilis
scil. die Lunis, et obsedit Castrum Sopeti, et quia ille de Castello sc. D. Odolricus
erat captus per illum de Zuccula ut antea dictum est, D. Articucius frater Dni Odolrici
praedicti cum uxore D. Odolrici, et alijs duabus, videntes quia se tueri non poterant
ad mercedem et gratiam Dni venerunt, et Dnus posuit ibi Banderiam suam, et
dimisit ibi aliquos de familia sua: Dnus Articucius praedictus renunciavit iuri,
seu compositioni, imo potius conspirationi factae cum D. Comite, et D. Rizardo, et alijs
Castellanis contra D. Patriarcham, et promisit nomine juramenti in perpetuum non
venire, nec facere contra D. Patriarcham, et Aquileg. Ecclesiam super hoc praestitis bonis
securitatibus, et ita D. Patriarcha rediit eod. die Sabb. Utinum, et praedictus Dnus Articucius
venit eodem die cum gente sua servire D. Patriarchae. §

De obsidione Castri de Urusperg

Item anno praescripto Dnus Ottob. Patriarcha die 9. ex.te Aplis misit Ven. Frat. Albertum Vica-
rium suum, Maiorem Civitatem, et octavo die ex.te dicto mense Civitatenses obsede-
runt Castrum praedictum de Urusperch, et de Antro, et de Tulmino venerunt multi ad obsi-
dionem praedictam Rustici de villis qui erant in Civit.te propter Guerram, et cons-
taverunt ibi omnia, secum ferentes in curribus ligna Civitatem aliquando bis
aliquando ter in die ibi revertentes, et hoc duravit usque ad diem 5. Maij, et
recesserunt ab obsidione dicti Castri die 5. Maij propter treguam factam ut infra continetur

De Treguis factis inter D. Patriarcham §

Anno praedicto die 5. ex.te Maio factae fuerunt treguae inter R. Pat. D. Ottob.
Dei gratia Aquileg. Patriarcham ex parte una, et Nobiles Viros Dnos Henricum Comitem
Goritiae, et Rizardum de Camino cum Castellanis faventibus eis ex parte altera
usque ad festum S. Martini certis pactis sub poena 2000. Marcarum. §

De Recuperat.e Sacili

Anno Dni 1306. . . . . In festo BB. Martyrum Gervasij et Prothasij rehabuit
R.D. Ottobonus Dei gratia Aquileg. Patriarcha in aurora diei Sacilum.

De [illegible]

De Introitu Sororum Monasterij S. Claræ Utinensis

Anno 1308. die XI. ind. VI Rev. D. dnus Ottobonus dei gratia Aquilejensis Patriarcha consecravit maius Altare monasterij Sororum S. Claræ ædificati, et facti per Ucellutum de Utino, et dotati amore Dei, et pro suorum peccatorum remissione: Et eadem die primo inclusit ibi quatuor Sorores scilicet duas, quæ receptæ fuerunt de Monasterio S. Claræ de Civitate, et duas de Monasterio de Glemona.

De illis de Zucculo introductis, et ejectis de Civit.

Anno dni 1308. die 14. intr. maio post prandium hora dormitionis Nobiles Viri dni Henricus de Prampergo, et Odoricus de Cucanea venerunt in subsidium duorum Valtrepertoldi, et Bernardi fratrum, filiorum qm. dni Joannis de Zucculo, et cum apparatu satis magno intraverunt Civitatem hoc modo: Jacobus filius qm. D. Odorici de Budrio, et Bertoldus de Fagedis cum quibusdam alijs eis faventibus ceperunt hora predicta Portam S. Silvestri percussis custodibus, qui videntes quod futurum erat volebant serare, et statim ascenderunt domum de Portis, et factis signis cum gladijs primo super Portam S. Silvestri intraverunt quidam qui erant de in Burgo S. Silvestri de familia D. Pauli Boiani, qui erat in inimicitijs illorum de Terra, et stabat Zucculi, deinde desuper Turrim de Portis, et videntibus illis de Zucculo sicut antea tractatum erat cum magno impetu descenderunt, et intraverunt Terram; Cum vero fuerunt in Terra D. Valterus pertoldus cum D. Paulo Boiano, et cum 8, vel X. hominibus iverunt per infra muros apud Solarium, et ibi balistatus fuit D. Candidus de Canussio, et cum nullum traherent se prope eos ut forsan credebant per eamdem viam reversi sunt ad sua: Apud Odoricum Longum idest eius domum factum erat quoddam obstaculum, et ibi viri cum eis se balistabant, et de domibus et Turri Philippi, et Laristini fiebat magna defensio cum lapidibus, nec ulterius fuerunt permissi transire excepto D. Odorico de Cucanea, qui cum Thomasutto eius familiari de Cucanea qui banderiam portabat, et forsan sex, vel otto alijs cum impetu venerunt ad Forum, et ibidem Thomasutus prædictus fuit occisus dimissa Banderia, et D. Odoricus redijt cum alijs ad sua per Prepositiuram. Fratres Predicatores composuerunt inter partes facientes treguas ad hoc, ut recederent, et illi scientes per nuncium qui venit de Zucculo qui eis denuntiavit quod nobiles veniebat subsidium de Utino, acceperunt treguas, et recesserunt cum magno damno equorum nostrorum, et etiam multi ex eis fuerunt cum balistis, et lapidibus de tectis vulnerati, unde obierunt, sed nullus remansit in Civit. mortuus

nisi

xviii Iobus Thomasius supradictis. Sequenti vero nocte acceperunt equos de
Utinensis. Die ultra predicta statim D. Patriarcha misit gentem suam Civitatem,
et sequenti die, et aliis diebus proxime fuerunt ad terram domus predictorum
Dominorum de Zuccula, et acceptum fuit quod erat intus, et malo ipsorum Domi-
norum inde ejecta, que ivit Zucculam cum suis domicellabus: domus Dñi
Valfranch IIII, domus Pauli Boiani, domus Iacorotti filii q.m Bonini de Venzono
qui fuit cum eis, et Turris D. Henrici de Prampergo fuerunt diruta: domus
q.m Odorlici de Budria non fuit prostrata ad terram ideo, quia pertinebat ad ma-
trem Iacobi, tamen quidquid intus repertum fuit, fuit acceptum: insuper
quia Simon filius Henrici de Varvasone fuit cum eis, acceptum fuit illud
quod malo habebat in domo, absente Henrico a Civitate; et etiam quia Phil-
ippus filius D. Conradi q.m Philippi fuit cum eis fuit suspectus ipse D. Conradus, et
per familiares Dñi de Pelosio Castaldionem, et Consilium fuit citatus, qui sta-
tim comparuit, et dixit quia ille filius suus non erat in gratia sua, nec sta-
bat cum eo: accepta vero eius excusatione tamen habere voluerunt domum ei
que est eundo Zucculam, et ibidem suam custodiam Civitatenses posuerunt.
Dominus vero Patriarcha misit pro ipso Conraducio Utinum, qui statim fuit, et apud
ipsum Dnum stetit per aliquos dies. Videns ergo Dnus ipsum inculpabilem, remi-
sit Civitati mandans comuni quod ei domum suam redderent, accepta ab eo
bona securitate quod illam inimicis non daret, nec eis favorem, vel auxilium
impenderet, quod et factum est.

De Cronumberch.

Ano predicto die penult. maii illi de Zuccula furtive acceperunt Cronumberch ante diem
et ibidem ipsis existentib. multa mala fecerunt: Qualiter fuit restitutum fuit illis de
Portis inferius dicetur.

Qualiter D. O. Patriarcha destruxit muros de Venzono.

Ano Dni 1309. die 9. Febr. R. P. D. Ottobonus Patriarcha fuit Glemone, et eod. die Nob. Vir D. Con-
radus de Stumberch venit sibi in auxilium, et XI. die dicti mens. suadentibus illis
de Glemona, et eorum inductu voluit D. Patriarcha obsidere Venzonum: sed videntes illi
quod sibi non poterant resistere dederunt ei centum libras grossorum, et muros
ipsius Venzoni diruerunt, et iuraverunt deinceps suis parere mandatis.

De obsidione Pramoliani, et Zucculæ

Ano predicto dictus D. Patriarcha cum exercitu suo equitavit die XIII. dicti mens. ante
Pramolianum, et ibidem illo sero pernoctavit, et combussit, et destruxit omnia usque ad
Castrum: die sequenti, et eod. die post prandium ipso die Sabb. venit Civitatem, et statim
ipso die obsedit Zucculam cum gente sua, et Civitatenses propter discordiam ingenius ex-
pressam concaverunt omnia bona illius de Zuccula in ipso monte Zucculæ, et continue
proiciebatur intus cum tribus machinis, et interdum balistabant se adinvicem, tamen
in illa obsidione nullus fuit mortuus nisi unus de familia D. Patriarchæ: Dominis vero Patri-
archa cum Forojuliensibus, et D. Conrado de Stumberch existentibus in dicta obsidione signi-
ficatum fuit, quod D. Ricardus Caminensis intraverat Forumiulii cum magno exercitu, quo
audito D. Patriarcha cum exercitu inde recessit reportatis machinis in Civitate prius, et
omnibus, que fuerat reportanda die 13. ex.te Febro, et tunc die seq.ti ivit Utinum. Tunc
illi de Z

illi de Zucula combusserunt Tolanum, Rubignaccum, et ubicumque potuerunt super Civitatem, et roncaverunt Braidas . . . . . Advocati de Fuines, Benedicti Stationarij, et Vdolrici q.m Martini Zanulę, et aliorum plurium; et versa vice Civitatenses roncaverunt Braydam D. Pauli Boijani, Meinardi Meulę, Jacobi de Budrio, et Jaconoti filij Bunini de Venzono, qui stabant Zuculę.

De destructione Cortinę Sedelani

Ano Dni 1309. die XII. Martij. Nobiles Viri Dni Henricus Comes Goritię, et Rizardus de Camino cum quibusdam de Castellanis, scil. de Spegimbergo, Prampergo, Cucanea, et Zucula obsederunt Cortinam de Sedelano, et cum pluribus machinis intus projiciebatur. Tandem ipsam habuerunt certis pactis, et ipsam depredantes quia multę villę ibi fugerant, Turrim Ecclię proiecerunt ad terram, et Ecclesiam, et postea Cortinam combusserunt totam.

De destructione Castri Sacilensis.

Ano predicto in festo B. Marci prescripti ani obsederunt Saciletum, quo expugnato, et capto die 3. combusserunt, et Turres, et alias munitiones proiecerunt ad terram Dno Patriarcha tunc Utini existente

De captione Castri S. Viti

Item eodem ano predicto predicti Dni obsederunt S. Vitum di 3o ex.te Aprili, et cum multis machinis intus projiciebatur, et cum se manutenere non possent die XI. Maij eundem locum D. Rizardo dederunt.

De morte D. Enrici de Prampergo.

Ano Dni 1309. die 9.na Septis stantibus Dnis Henrico de Prampergo, et Valterpertoldo de Spegnimbergo cum magno apparatu in destructione, et depopulatione anti Maniacum, et non existentibus illis armatis subito fecerunt impetum in eos quodam Theutonici soldonerij D. Patriarche scil.t ille de Pansio et illi de Pinzano, et ex eis multos occiderunt. et D. Valterpertoldus, et Arnoricus filius D. Henrici de Prampergo fugerunt in Castrum Montvial, et insuper capti fuerunt quamplures, inter quos captus fuit D. Enricus de Prampergo, et ductus Utinum ad Dnum Patriarcham, cui, cum confessus fuisset multa mala fuisse tractata contra D. Patriarcham, amputatum fuit ei caput in foro Utinensi die 2. Septis, et sepultus apud F. Minores sine officio, et extra cimiterium.

De recessu D. D. Patriarche, et eius reditu

Item predicto ano die XI. Maij scil. die Dnico R. P. D. Ottob. Dei gra Patriarcha Aquil. recessit de Utino nisi tantum cum suis circa nonam, et fuit Aquileiam, quia significatum fuit sibi multa mala fuisse tractata contra eum, Nobiles prescriptos, nec eum ibi bene esse securum.

Castri Strijs

Die vero 14 predicti Nobiles fecerunt colloquium apud Strijs, in quo interfuerunt omnes de Foroiulio, et die sequenti facta fuit quaedam conspiratio inter eos, et iuraverunt omnes insimul facientes Vicedmum D. Varnerium de Cucanea, ordinantes ibi quod de bonis Aquil. Ecclię satisfiat D. Comiti de destructione Venzoni, et Civitatensibus, qui erant extra Civitatem de deiectione domorum, et quod deberent redire in Civitatem, qui redierunt in Civitatem die ultimo Maij, et facta fuit concordia inter intrinsecos, et extrinsecos dicta die. De discordia habetur superius: et predicto die XV. Maij venit Cognatus D. Henrici Comitis, et intravit Villam Mortegliani cum magna gente nomine Babanię, ubi fecit multa mala: Cum autem Dnus Patriarcha cuncta predicta intellexisset, qui erat Aquileię statim eodem die recessit, et fuit Placentiam obviam Dno Legato venienti, et fuit Bononię, et Ferrarię cum dicto D. Legato pluribus diebus. Postea accepta ab eo licentia venit Tervisium, et facta conventione cum D. Rizardo venit Utinum die 2. 8bris cum gentis suis: sed Odolricus de Cucanea associavit eum.

De Locustis

Locustæ fuerunt in partibus Histriæ et Tulmini cum magno damno 1309. de mense Junij

Qualiter D. Rizardus succubuit in Utino.

Anõ 1309. D. Rizzardus de Camino venit Utinum 12. die post festum B. Martini cum magna multitud.e equitum, et hospitabatur in Grazano, et erant cum eo illi de Strasso, de Rovereris, de Spegnimbergo, de Cucanea, et alij Forojulienses quamplures, omnes nobiles de Tarvisio, et eius districtu. Fuit autem in tractatu cum D. Ratcha pluribus diebus super pace reformanda de discordia, quæ fuerat inter eos, et volebat quod Dnus Ratcha faceret eum Capitaneum Gnalem in Forojulij: et ipsis existentibus in tractatu, et non concordantibus, prefatus D. Rizardus die Dnico XV. exeunte 8bri tractatu, et inductu Mag.ri Nicolai filij Albinuti de Utino qui habebat magnam partem in Utino ratione cuiusdam . . . . . et conspirationis factæ ad invicem non dubitans quia haberet terram, post prandium armata manu intravit Utinum per Portam Grazani; sed gratia, et auxilio Dei factum est ut clausis omnibus Portis excepta illa Grazani, quam dictus Magister Nicolaus proiecerat in gurgite timens quod acciderat, omnes convertebantur in fugam, et ibidem remanserunt mortui 13. inter quos fuit interfectus Dnus Valterus pertoldus nobes de Spegnimbergo, et alij fuerunt milites nobiles Dni Rizardi. Capti fuerunt ultra centum et quicumq. capiebant quia suus erat. et de ipsis captis habuit Dnus Ratcha in magna quantitate, et redimebat se quilibet, et fuit tales qui redemit se mille marchis, alij 1200., alij secundum suam possibilitatem, ita quod aliqui ex Utinensibus ob hoc mirabiliter sunt ditati. Equi boni, et magni remanserunt inter lesos, et illesos ultra centum, et quinquaginta, et quicumq. aliquem capiebat suus erat, et gratia Dei procurante nullus ex Utinensibus fuit læsus, sed quasi solummodo mulieres per cancellos; et rustici de Villis fecerunt illam victoriam.

Tunc D. Ratcha fecit Capitan. Gnalem Forijulij Illrem Virum D. Enricum Comitem Goritiæ qui congregato suo exercitu ivit ad recuperanda supradicta loca, quæ detinebat Dnus Varnerus de Cucanea pro expensis factis, ut dicebat quando fuerunt dicti Dnus pro manutenendis locis predictis; et primò equitavit ante Tricesimum et ipsum locum rehabuit statim scil. die 6. ex.te septbri deinde 4. die sequenti habuit Artiniam, et die 3. seq.te habuit Tumetium, et Selusam dictus Comes, et omnia ista loca habuit pactis, quia dimisit detinentes ire cum bonis et personis quæ possent portare

De Imposit.ne 8. den. pro foco

Anõ 1310. R. R. D. Ottob. Ratcha imposuit in Forumiulij 8. den. pro qualibet foco, et Rota molendini pro subsidio eundi ad Concilium Gnale ordinatum per Papam Clementem apud Vienam, cui pecuniam scil. partem sibi contingentem soluit Capitulum Civitatense de mense Febr. die . . .

De Montefalcone

Anõ predicto in mense Febro ivit cum exercitu suo D. Comes ante Montemfalconem et Castrum obsedit, et duravit ibi in obsidione circa XV. dies, quem locum detinebant illi de Cucanea, ut predictum est de alijs: quemquidem locum detinentes, ut irent securi dederunt

dederunt d. Comiti, quia non habebant alimenta; die ultimo Februarii &c.

De Villalta

Anno predicto cum esset d. Comes cum exercitu suo apud S. Danielem Dnus Odolricus de Villalta, qui erat de parte Dni Rizardi cum promisisset sibi vicissim ipse, et alii de Villalta non intromittere, nec dare locum suum alicui, nec sibi nocere in locis suis, et in Villta sub certis penis, fuit apud locum Soramiz quemlibet quem vellet, intromisit bene centum pedites quos sibi misit dnus Rizardus, quem locum dnus Comes statim obsedit cum suo exercitu, et Comunitatibus, et Castellanis, et fuerunt mortui in ipsa obsidione quamplures, et maxime de soldoneriis missis ibidem per d. Rizardum. Tandem videns d. Odolricus quod se manutenere non posset, ut iret securus quo vellet cum suis locum suum die 3. exte Martio tradidit d. Comiti, in quo loco inventum fuit tantum bladum quod fuit incredibile, et alia victualia, et inde omnibus asportatis ubi placuit d. Comiti scilt Utinum fecit dirui ipsum locum, et d. Odolricus predictus dedit d. Rizardus Castrum novum, quod habebat in pignore a d. Comite supradicto.

De Cavoriaco

Anno predicto statim diruto Castro supradicto ut predictum est, dominus Comes obsedit Cavoriacum, et ipsum locum habuit ut Villaltam die 9. Aprilis, et fecit ipsum dirui, et fossata destrui.

De Cucanea

Cum esset adhuc d. Comes in destructione Cavoriaci, dnus Odoricus de Cucanea venit X. die exte Aprili in nocte in Cucaneam, et unum locum fortiorem fuit d. Adalpreto ipso existente infirmo, et portato apud Portisgruarium. Convenerant enim et facte erant bone securitates quod dni Thomas, et Adalpretus debebant ipsum locum custodire, nec dicti Marquardus, et Odolricus fratres debebant ibi venire, nec inde debebatur nocere alicui, et statim cum d. Odolricus habuit Castrum combussit totam Villam de Fagedis, et die sequenti venit d. Comes cum suo exercitu in Villa Zeracii, et statim aliquibus diebus, postea recessit in Rouolet, cuius vero equi omnia blada villarum circumiacentium comederunt, et destruxerunt, et ibi depredabant, et expoliabant tam amicos, quam inimicos; qui d. comes inde recessit, et ivit Utinum die 9. Aprilis.

De adventu Babanich Cognati d. Comitis

Venit Illris d. Iuan Cognatus d. Comitis Goritie cum magna multitudine Babaniz circa 600. ut dicebatur, die 3. extr. Maio in Forumiulii sub Utino in Villa Cusinacii in auxilium d. Comitis contra d. Rizardum de Camino, et eius fautores.

Item die 12 exte Maio R. D. D. Ottobonus Patriarcha una cum dno Enrico Comite et Babaniz, et Forojuliensibus exierunt Utinum cum magno exercitu, et transierunt Tulmentum in destructione inimicorum suorum, et exhibuerunt prelium d. Rizardo qui erat in Sacilo cum suo exercitu,

sed noluit acceptare; Unde cum non possent transire Luenzam fuerunt ante Valvasonem, et fecerunt ibi satis magnum damnum, sed cum nihil possent proficere, inde recesserunt. Et iterum venerunt ante Cucaneam in festo B. Quirini die 4. Junij, et projiciebant cum machina in Weboyse continue; et factis muris, et altis edificijs propter quod qui erant ibi intus videntes quod se manutenere non possent, in vigilia S. Petri et Pauli de nocte imposito igne in dicto loco recesserunt antequam accenderetur ignis, et venerunt in Cucaneam et ita combustum fuit Weboyse, et postea paucis diebus elapsis habuit Cucaneam.

De Verra et discordia inter D. Patriarcham Ottob.[um] et D. Henricum Comitem.

Anno Dni 1313 cum sicut dicebatur D. Patriarcha existente Comite Capitaneo fecisset ligam cum Duce Austriæ, et cum Paduanis, et Trivisinis quandam ligam contra comitem predictum, ideo quia loca Ecclesiæ Aquileg. videlicet Lossa, Aviancam, Montemfalconem, Mieglianum, Artheniam, Selusam, Turmetium, Fagineam, S. Vitum, Sacilum, et Caniam occupaverat, volens loca predicta de manibus eius eripere: et Dux Austriæ in Tulmino debebat mittere Episcopum Curgensem cum apparatu suo: quod intelligens Dnus Comes statim cum gente sua ivit Tulminum, et comburi fecit totam villam existente in Curia Tulmini Ottobone Nepote Dni Patriarchæ, et ipsam Curiam obsedit die 13. sept. Sed cum non posset habere, nec intrinseci habere aliunde auxilium finaliter concordaverunt taliter quod irent securi cum gentibus quo vellent, et sic D. Comes habuit locum ipsum, et Castrum die 6. Boiano 8bris, et dimisso ibi Dno Paulo de Civit. pro Capit. rediit Civitatem die 7. predicti mensis

De preda facta ante Utinum

Anno predicto die 8. 8bris totus exercitus Dni Comitis ignorantibus Civitatensib. ivit ante Utinum, eo quia fovebant et inducebant aliqui D. Patriarcham ad faciendam Verram D. Comiti cum quibusdam Castellanis, et subito facto insultu ad omnes portas, animalia non pauca accepere, et etiam homines quamplures

De adventu Babanicz

Deinde anno predicto die X. 8bris Illmus Dnus Ivan Babanicz venit in auxilium D. Comitis, et stetit ante Utinum per plures dies, devastando villas circumiacentes p[enitus] totaliter destruentis

De Castro de Pers

Dnus Fredericus de Pers et de Susans adiuvabat Dnum Patriarcham, et in Utino fuerat Capitaneus: Dnus Comes incontinenti ivit ante Castrum de Pers, et ipsum die 12. 8bris cepit, et funditus diruit postea. Antea Susans expugnavit et quia D. Federicus fuerat vulneratus, et iacebat ad mortem tradidit sibi locum, quod commissum fuit Dno Ricardo de Petrapelosa: sed postea fuit sibi restitutum cum magna securitate quod non faceret contra Comitem

De Concordia inter Dnum Patriarcham et Comitem

Paucis diebus elapsis facta fuit concordia inter eos, ita quod D. Comes factus fuit Capitaneus per V. annos, et omnes redditus Patriarchatus, quos Patriarcha habere debebat.

debebat, ita quod Patriarcha nihil habebat agere, nisi accipere a Dno. Comite 3000. marchas in determinatis tax; et sic omnes iuraverunt sub Comite, tamquam sub Capitaneo. et ne possent Castellani retroprocedere omnino fi=libus accepit obsides, et eos duxit Goritiam.

Ano 1314. orta iterum discordia inter D. Patriarcham et Comitem, et quia Dnus Comes detinebat omnia loca, seu fortalitia Ecclie Aquil., quod nolebat D. Patriarcha, nec esse in pactis habita inter eos dicebat. Finaliter post multos tractatus, et consilia super hoc habita convenerunt ipsi D. Patriarcha, et Comes die xii. ex.te Septbri in Pratis inter Remanzacum, et Grillonum apud Turrim in hoc pactum, et Concordiam, videlt. quod a proximo futuro Festo Purificationis B. Mariae in antea D. Comes debebat restituere Castra, quae detinebat, et D. Patriarcha debebat habere garritum, et omnes redditus, et proventus in se, sicut umquam habuerit aliquis Patriarcha, et tunc ibidem fecit eum Capitaneum ad vitam suam dando sibi pro salario certum marcas in mense, et sic facta bona concordia inter eos Dom.s Comes eod.m die arripuit iter cum magno apparatu equitum in auxilium Ducis Austriae qui volebat obtinere Imperium ~~contra~~ Regem Boemiae, et dicebatur quod, quicumque praevaluerit ~~in~~ Bello inter eos faciendo, debebat esse Imperator. quod bellum tamen non fecerunt; et erat ibi tanta sterili=tas, quod exercitus D. Comitis septem diebus nihil comedit nisi rapas: re=diit enim Dnus Comes die ~~[illegible]~~

De morte D. Ottoboni Patriarchae

Ano Dni 1314. Rev. Pat. Dnus Ottobonus Patriarcha die x. exeunte Septbri arripuit iter ad Rmum D. Lucam de Flesch Sanuentum Cardinalem vacante sede Papali per mortem SS.mi Papae Clementis V., et quia dictus Dnus Cardinalis vocavit eum ad se, unde per nonnullos sperabatur, quod dictum D. Patriarcham crearent in Papam, quod minime factum est, quinimo ipso inde revertente gravi infirmitate detentus obijt ano Dni 1315. die 13. Janij in Comitatu Placentiae in Castro de Arquatav, et ibidem fuit sepultus. &c.

De morte D. Petri Praepositi, et electione D. Varneri.

Ano Dni 1314. obijt Ven. D. Petrus de Ligeuno Praepositus Ecclie Civitatis die 4. Martij a quo Capitulum habebat ad fictum Praeposituram, et Praebendam Civit.s pro 300. Florenis solvendis eidem annuatim in Nativitate Dni Venetijs, vel Paduae boni auri: eo vero mortuo citatis et vocatis, qui voluerunt, debuerunt, et potuerunt commode: Interim die X. intr. Julio Decanus, et Capitulum convenerunt ad electionem de Praeposito celebrandam per formam Scrutinij: et fuerunt electi Dni Presbyter Varnerius de Tallano, et Evardinus Nepos Dni Patriarchae

non in Sacris ordinibus constitutus, habens voces tot unus quot alter Canonicorum Civitatis: demum mortuo D. Patriarcha, ut dictum est, Dno Gerardino existente cum eo, Dnus Guarnerius adijt D. decanum, et Capitulum Aquileiensem supplicans quod confirmare dignarentur electionem de eo factam; qui volentes per formam Iuris procedere ipsum Dnm Gerardinum per litteras, et eorum Nuncium Iuratum citaverunt, nec non per edictum tam in Ecclesia Aquileiensi quam Civitatis, qui D. Gerardinus ultra terminum diutius expectatus, et cum ipse, nec aliquis pro eo Procurator comparuerit ad obijciendum contra D. Varnerum vel electionem, predicti Dni decanus, et Capitulum Aquileiensis, ad quos vacante Sede confirmatio pertinebat, invenientes electionem factam de Dno Varnero Canonice celebratam, et ex partibus dnorum Bernardi decani, et totius Capituli, tam illorum qui elegerunt D. Gerardinum, quam D. Varnerum, precibus inclinati D. Varnerum in Prepositum Civitatensis Ecclesiae gratiose et benevole confirmaverunt die 2° Aprilis anno D. 1315. qui quidem D. Varnerus adijt Civitatem et bene, et gratiose receptus a Clero, et Populo die 5° Aprilis fuit installatus per D. Odoricum de Strasoldo, qui fuerat datus ad hoc nuncius per Capitulum Aquileiense.

De electione D. Gilonis in Patriarcham

Ano Dni 1315. die Dnico ubi dicitur reminiscere XVI intrante Februario, mortuo D. Ottobono Patriarcha convenit Capitulum Aquileiense ad electionem de Patriarcha futuro per formam compromissi celebrandam, et compromiserunt in dnum Guielmum Decanum Aquileiensem, et dnos Ludovicum, et Philippum Canonicos Aquileienses, qui unanimiter, et concorditer elegerunt dnum Gilonem eorum Archidiaconum, et Canonicum in Patriarcham, dnum, et Pastorem qui arripuit iter ad Curiam pro confirmatione obtinenda die XIIII intrante Aprili anno predicto.

De confirmatione D. Henrici Comitis Goritie in Capitaneum, et de Terra orta inter eum, et quosdam

Ano predicto die . . . exeunte Januario cum veraciter scitum fuit de obitu Dni Patriarchae, factum fuit in Civit. Colloquium generale, in quo confirmatus fuit D. Comes Goritie per eos omnes, qui hoc facere habent, in Capitaneum usque ad adventum futuri Domini Patriarchae, et ita omnes iuraverunt sub eo. &

Stante vero tota Terra in bona pace, et tranquillitate die lune 6. exeunte Maii

6. ex.te Maio facta fuit in Utino quedam turba, et conspiratio contra D. Comitem: in qua fuerunt Utinenses, Glemonenses, Dnus Odolricus de Cucanea, qui factus fuit Capitaneus in Utino, Artuicus de Cramperge qui factus fuit Capitan.s in Glemona, illi de Villalta, Federicus de Susans, illi de Colloreto, de Mels, et multi alij Castellani, et eod.m die D. Artuicus cepit Arthemiam, et Buyam, que loca tenebantur per D. Comitem: habitatores de S.to Daniele, et de Fagania dicta loca acceperunt in se, et ita multiplicata sunt mala in Terra Forijulij, qui D. Comes congregato non modico exercitu fuit ante Glemonam, et runcauit eis segetes, uites, et arbores, et eis intulit Majorem damnum.

De Castro de Susans

In festo SS. Geruasij, et Prothasij cum dicto suo exercitu iuit D. Comes ante Castrum de Susans, et intulit intrinsecus statim bellum, et ipsum Castrum habuit ipso die circa completorium; fratrum, et captis tribus filijs Dni Federici cum alijs pluribus, Dno Federico non existente tunc in loco predicto quia erat Glemone, acceptis mobilibus, et exportatis que intus reperta fuerunt, die seq.ti ipsum Castrum funditus fecit dirui. &

De Castro de Colloreto

Diruto Castro prescripto statim obsedit ipse D. Comes Castrum de Colloreto et cogitantes Dni se non posse tenere, de dicto Castro se subtraxerunt dimisso loco bene munito farina, uino, et alijs necessarijs, nec non Balistis, et Viris non paucis. demum ipse Dnus Comes ipsum locum habuit, affidatis tantumodo personis, que intus erant die VI. ex.te Junio, et ipsum funditus fecit dirui, acceptis prius bonis ibi repertis. &

De Castro de Mels

Die X. ex.te Junio idem D. Comes cum toto exercitu suo obsedit Castrum de Mels, et durauit obsidio usq; ad XIIII. diem ex.te Julio tali pacto, et conditione: quod Castrum de Buia quod fuerat acceptum D. Comiti eidem restituerunt, et steterunt illi de Mels dare illis de Colloreto pro damnis habitis centum, et quinquaginta marcas, quia dicebant illi de Colloreto quod causa illorum de Mels habuissent damnum quod habuerunt, et se D. Comiti opposuissent. &

De Muruтio

In festo B. Margarite cum toto exercitu D. Comes obsedit Moruzium et die 4. seq.ti uenerunt ad concordiam in hunc modum, videl.t quod illi de Muruтio iurauerunt parere D. Comiti sicut Capitaneo usque ad aduentum D. Patriarche, et Castrum debere custodiri per D. Wyrnther nomine D. Comitis usque ad unum annum: facta compositione et concordia de Muruтio seq.ti die obsedit Villaltam, et cum uiderit nihil ibi

posse

posse proficere inde recessit, et die . . . Augusti venit in Villam Reanç, et Zumpicliç, et accepit aquam Utinensibus. Postea die 13 cum toto exercitu suo venit ad Villam Ovianç, et ibi fecit cum suis circumquaque damna magna: Utinenses vero statim cum recessit miserunt aquam.

De Concordia int. D. Comitem, et Utinenses, et Glemonenses, et Castellanos.

In festo decollationis S. Iohannis anno predicto facta fuit concordia inter D. Comitem Goritiç ex parte una, et Utinenses, et Glemonenses, et Castellanos de Verra superad. ex parte alia in hunc modum . . . .

. . . . .

De Briga facta in Civitate *

Ano 1315. die Dnico 13. intr. Iulio post Cenam in hora Completorij Fratrum Henricus filius q.m Iohannis de Portis cum quibusdam suis complicibus ex parte una, et filijs Virgilij Guitti de Duisingach cum suis fautoribus ex alia convenerunt ad Brigam apud domum Comunis: qui Henricus ibi statim fuit interfectus; Supervenit autem Federicus frater eius et ipso ignorante de facto totaliter, exclamando Pacem, fuit vulneratus, et mortuus fuit ante campanam * ignis, et quamplures vulnerati fuerunt: ex alia parte fuit vulneratus Guitts de Duisingach cum filio, et nepote, et alijs pluribus: Guitts vero Gallangani cum parte sua ascenderunt super Turrim D. Asquini de Varmo ita quod per totam terram erat prelium Maximum: Tunc D. Federicus de Cerbestayn marescalcus D. Comitis cum Dnis de Portis amicis versus dictam Turrim accurentes volebant eos capere, sed illi cum ballistis et lapidibus se defendebant. Ad ultimum se dicto Mariscalco tradiderunt, qui eos scil.t Iohannem, et Guielmum Galangani fratres cum uno filio, Virgilium cum tribus filijs, Rainerotum cum duobus filijs captivavit in domo de Portis, et bona eorum fuerunt per Theutonicos accepta. Unus filius Guielmi predicti qui latuerat in Civit.de die martis sequenti proiecit se per muros Terrç volens fugere, et apud Pontem Portç Broxanç fuit interfectus, ac per totam terram strascinatus: D. vero Comes Goritiç venit in Civitatem die Dnico tunc seq.ti, et die lunç in vigilia S.tç M.ç Magdalenç fecit amputari caput Guillelmi Galangani apud domum Comis: Tunc D. Comes fecit duci Rainerotum, Virgilium cum filijs, et filium Guielmi predicti Goritiam, unde multa mala creata fuerunt, et illi de Portis cum amicis obtinuerunt.

Ano D. 1317.

1317 de Castono Patriarcha

Ano D. 1317. SS. Papa Johanes 22. ad preces Regis Roberti dedit Patriarchatum D. Castono de la Turre in festo S. Silvestri anno

Ano D. 1318 die 12. ex.te Aug Dnus Castonus Patriarcha veniendo Florentia in Forumiulij obijt, et ibi sepultus est.

De Dno Pagano

Ano D. 1319. SS. Papa Johanes providit de Patriarchatu Aquil. D. Pagano Episcopo Paduano

Ano D. 1320. die 12. 9bris fuit prælium magnum in Utino apud domum Comunis inter Dnos Hectorem, et Federicum fratres de Savorgnano et eorum amicos ex parte una, et Dnum Sperandium, et Vintilinum fratres cum amicis suis ex alia: qui venientes ad inimicas cæperunt dictæ partes inter se aciter præliari: in quo dictus D. Hector pro D. Sperantium fuit vulneratus, et Hermolianus, et Dionisius interfecti: Dnus Patrr existens Civitatis statim cum sibi prædictum notificatum sunt cum festinat.ne equitavit Utinum cum Civitatensibus, qui Civitatenses una cum Utinensibus adierunt ad domos prædictorum Dni Sperantij, et Ventilini, et eas ceperunt, et ipsos fratres, et filium D. Thomasini, et alios quamplures circa 26. interfecerunt, et eorum bona abstulerunt, ita quod pars Dni Hectoris vindictam obtinuit cum adiutorio Civitatensium.

1322 Ano Dni 1322. D. Enricus Comes Goritiæ in festo S. Georgij hora vespertina triquidici venit ei quædam infirmitas, de qua statim ex improviso mortuus est in Tervisio, et ibi honorifice sepultus.

Ano Dni 1324. venerunt in Forumiulij Ex.mi Dni Duces Austriæ, et Carinthiæ cum maxima hominum comitiva facientes maximum damnum in Forumiulij.

Ano Dni 1327. Ind. X. in festo Nativit. Virg. Mariæ in nocte circa mediam noctem fuit subito tanta aquarum in abundantia, quod Natissa in tantum crevit quod ivit per totum Burgum Portæ Broxanæ usq. ad Portam Civitatis, et plures domos destruxit, et intravit aqua per Cancellos Ecclæ S. Petri in dicto Burgo, et ....

Ano Dni 1331. Ind. 14. die 15. intr.te Septbr Dni Gregorius de Zuccula, et Petrus eius frater una cum D. Johane de Villalta, et alia non parva comitiva furtim circa horam matutinam Dnorum maioris Ecclæ Civitatis per portam leprosorum apposuerunt Scallas ad murum Burgi Pontis, et ij, qui primo intraverunt Burgum fregerunt Portas, et residui intraverunt.

Huc usque Chronicon Juliani

In libretto

In libretto D. Joh. Iacobi de Venustis

1345. Plures de Utino contra Saracenos de mandato D. Pag. absoluti a peccatis.

1343. Combustio Canipe Casti Civitatis, et multarum domorum.

1344. D. Laticha misit gentem suam sub Rinzanum.

De collatione, et Refectorio Casti in Civitate.

Eodem anno deditio Rinzani.

1344. de tractamento ad accipiendam Civitatem.

1345. D. Laticha iuit Manzanum ad loquendum Comiti

1348. die 25. Ianuarij circa horam vespertinam fuit terremotus magnus, qualis non fertur in aliquibus Scriptis.

Eodem quoque anno iam incepta Pestilentia.

Ano D. 1364. Ind. 2. die 22. sept. D. Franciscus de Vrausprugu, ac de Villalta amissa Villaltae parte circa annum Dni 1353. tempore Latichae Nicolai sese subdidisset dominio Ducis Austriae paucorum annorum facto intervallo universae carnis debitum solvit, cuius filij Johannes Thalbertus, et Mathiussius patrizantes cum hominibus Civitatis guerram habentes, accipientes de montibus equos.

1364. Ind. 2. Egregius Princeps D. Ludowicus de la Turre fecit ruinari funditus Castrum Zuccolae dnorum de Spilimbergo.

Hucusque Passerinus, seu quisquis fuit alius

Descript. per me Abellonum Notar.

Quę sequuntur ab eodem Bellono descripta sunt.

Marchia Carniolę

1070. olim Ex.mus D. Henricus Roman. Imp.r Sevardo Patche S. Aquil. Ecclię, et ipsi Ecclię donauit in perpetuum Marchiam Carniolę de ipsius D. Imperatoris regali proprietate, et potestate in proprietatem, et potestatem cum omnibus suis iuribus, et honorib.

1208. Otto 4.s Rom. Imper.r ipsis iuribus, quę Aquil. Ecclia habebat in Marchia Carniolę sibi ostensis per R. D. Volfredum Patriam Aquil. prius ibi facta in eor. instanti spontanea resignatione per D. Ludouicum ducem Bauarię de dicta Marchia Carniolę, quam occupabat, eamd.m Marchiam Carniolę in perpetuum dedit, et concessit eid.m D. Patche, et Ecclię Aquil.

1220. Imp.or Federicus Marchiam ipsam Carniolę cum suis iuribus, et honoribus R.mo D. Vlderio Patche Aquil. semper pro se, et Ecclia sua Aquil. tradidit, et concessit, et omnia iura, quę dicta Ecclia Aquil. habebat in prędictis confirmauit.

1261. D. Vlricus dux Carinthię pro se, et D. Philippo fratre suo inter cętera dedit liberè, et perpetuè D. Gregorio Patche quęcumque habebat, et habere videbantur circa Siluas Pocinor in Carso, et Forojulij tam in Castris, quam in Villis, prędijs, dolamnis seruis, et Ancillis, et alijs hominibus, possessionibus, et Aduocatijs et alijs bonis omnibus tam feudatis, quam non, ac omnibus bonis, et pertinentijs eorumdem, prętter duas Villas scilicet Vigonuf, et Oleron, quas donauerat Abbatię de Vulistrach, et eidem D. Patche promisit eruere omnia, et singula quę ei donauerat ut supra. et hoc pro damnis datis, et illatis ipsi Ecclię Aquil.

Laybach

Item constat restituisse eidem Dno Patche eumd.m D. Ducem omnia bona, et Castra Ecclię Aquil. ubicumque per eum forent occupata; promisisseq. reędificare Castrum Guardenochs;

atque dedisse, et donasse Castrum de Laybach cum omnibus suis per-
tinentiis, et Castris uid.t Gorzach, Ostimberch Valchemberch; Item
Iglom, et Vrosperch cum eorum Iuribus hoc siquidem modo: quod
dictus D. dux, et heredes sui legitimi ex ipso descendentes, et dictus
D. Philippus Frater eius, et heredes sui legitimi ex ~~[illegible]~~
legitimo Matrimonio ex eo geniti Laybacum cum Castris supradictis
habere debebant tamquam recepisse ea uelhati Vasalli in feudo ab
ipso Dno Patriarcha, et Ecclia Aquil., et sic ibidem fuit inuestitus ipse
Dnus Vlricus per ipsum Dnum Patriarcham de Laybaco, et Castris predictis
iure feudi. Ceterum ipse dux promisit, quod statim eo mortuo sine
heredibus ex eo descendentibus, et Fratre eius similiter, quod sta-
tim Laybacum, et Castra supradta restituerent ipsi Ecclie qualibet defensione
cessante.
1261. D. Rotilinus Castellanus Castri Laybacensis nuncius tenutus datus a D.
Vlrico duce Carinthie, eidem Dno Gregorio Patriarche de predictis Castris
Laybaci, et Castrorum superius nominatorum Dnos Berinjerium Pre-
positum perpetuum S. Vlrici, et Ropretum de Budrio Procuratores pro
D. Patriarcha, et eius Ecclia Aquil. recipit. in possessionem induxit.
1262. Illmus D. dux Philippus electus Ecclie Salsburgensis frater predicti D.
Vlrici ducis Carinthie ratificauit omnia data et concessa ut supra
per Vlricum Fratrem suum.
1279. Illmus Princeps D. Philippus dux Carinthie defuncto iam fratre suo D.
Vlrico duce Carinthie condidit suum ultimum Testamentum: Legauit
Castrum, et Ciuitatem Laybacensem cum omnibus Priuilegiis ad ipsum
spectantibus, cum hoc quod si quis abstraheret eandem Ciuitatem, et
Castrum ab Aquil.si Ecclia, quod eidem Ecclie duo millia marcarum
argenti debeat elargiri, et ipsa Ecclia Aquil.s utatur libere in pro-
prietate Iure suo.
1268. Maginardus Dux Carinthie in differentiis cum Raymundo Pa-
triarcha Aquil.i Rex quod super facto Laybaci, et aliorum Castrorum
in Marchia Carniole positorum, et tenebat noe Ex.mi Regis Ro. Imperatoris
se remittendo ad eius ordinationem

Treuen, et Tiuen

1163 Dnus Vlricus Patriarcha una cum Patre suo Comite Gotfrido, et matre eius
Emma Castra Treuen et Tiuen quorum erant in proprietate et possessio-
ne, cum uniuers. ministerialibus, allodiis, iurisdictionibus, et aliis quibusdam

ad dictn

ad dicta Castra pertinentibus in perpetuum contulit, et donavit S. Aquil. Ecclesiæ; videlicet omnia quæ habebant circa lacum de Osia, et in villis de Treuen, Vuilamich, Gaarsach, Taenich.

1180. Federus Rom.^m Imper.^r confirmavit prædicta ipsi D. Vlrico Patriarchæ semper pro se, et Aquil.^si Ecclesiæ.

1214. Federicus Rex Rom.^m et Scicilię D. Volchero Patriarchæ Aquil.^si pro se, et Ecclesia sua confirmavit confirmavit superius^l donation.^s Castrorum Treuen, et Tiuen.

1230. Idem D. Federicus 2.^s Imper.^r iam triumphans in Imperio confirmavit D. Vlrico Patriarchæ eorum Castrorum donationem Ecclesiæ Aquil.

1265. Inter Patriarcham Gregorium, et D. Vlricum ducem Carinthiæ fecerunt confederationem de se, et iuribus suis adinvicem iuvandis, et deffendendis, in quibus pactis ipse D. Vlricus dux Carinthię promisit eidem D. Gregorio redimere possessiones, et bona Ecclesiæ Aquil. oblata dudum D. Vlrico Comiti de Sternimbergh, vel alijs personis in partibus Tiuen, et Treuen ubilibet existentia, et hoc pro mille marchis, in quibus idem dux eid.^m Patriarchæ erat obnoxius, et si prædicta eluere negligent. ex nunc ipsi Dno Patriarchæ, et Ecclesiæ Aquil.^si Castrum suum Mossenuot cum 60. marchis de redditu ad usum specialiter dedit; et promisit quod D. Philippus dux frater suus ratificabit: et promisit quoque idem D. dux Vlricus eid.^m D. Gregorio Patriarchæ quod tam liberi, quam servi, qui prius habitabant in foro Guardensech Ecclesiæ Aquil.^e compellet, et venire ad habitandum faciet in dicto foro, et Castrum ipsum Guardenseck incipiet perficere, et ędificari facere de lignamine Castri novi, quod dictus D. dux construi fecerat in loco qui dicitur apud Loss.

1244. Vlricus Comes de Sternberch concessit in perpetuum Bertoldo Patriarchæ Castrum, et Provinciam de Loss.

Item in eod.^m anno prædictus D. Vlricus Comes resignavit Patriarchæ Bertoldo omne ius suum in Castro, et prædio de Chernich cum suis pertinentijs, velutti dudum Comes Guitto cum fratre resignaverat.

1335. Patriarcha Bertrandus investivit Comitem Hermanum de Strimburch pro se, et fratre recipiente de Castro, et Provincia de Loss: qui Comes se obligavit

Patriarchæ

Patriarchę, et Aquil. Ecclię serviturum cum persona propria per 3. menses cum 20. elmis et X. Balistrarijs suis sumptibus, et expensis quandocumque semel, et pluries fuerit requisitus pp.a in Verris, et pro defensandis, et recuperandis iuris Aquil. Ecclię.

Windisgratz

1251. Bertoldus Patriarcha Aquil. donavit Ecclię Aquil. Castrum de Windisgratz cum foro, et Provinciam totam in perpetuum, quod suum erat cum omnibus alijs suis locis ad ipsam Provinciam pertinentibus tam in proprietate, quam in possessione.

1278. D. Patriarcha Raymundus tamquam verus possessor Windisgratz, et Provincię predictę constituit suum Capitaneum generalem in eisdem D. Henricum de ....

1356. In conventionibus factis inter Patriarcham Nicolaum, et Albertum ducem Austrię, ipse dux promisit Patriarchę exigere, et luere pro mille talentis denariorum Veron. Castrum, et Provinciam de Windisgratz, aliter reficiet omnia damna.

Venzonum

1288. Ecco D. Guills de Venzono resignavit D. Raymundo Patriarchę Aquil. omnia feuda, quę ipse habebat, et agnoscebat ab Ecclia Aquil. in Castro, et Villis, et alijs presertim Villis de Venzoni, qua resignatione recepta idem D. Patriarcha Magnificum D. Meynardum ducem Carinthię tantum ita quod ad eius descendentes vel successores transire non debent de iure quod idem D. Guills habebat in predictis Castro, et Villis Venzoni ab Ecclia Aquil., ut l.s. investivit.

1335 Patriarcha Bertrandus D. Ottonem ducem Austrię pro se, et D. Alberto fratre suo recipien. de feudis quę tenet ab Ecclia Aquil. investivit, in qua quidem investitura expresse fuit exceptuata Terra Venzoni, quam idem D. Patriarcha sibi, et Ecclię retinuit habendam, et tenendam

1338. Item D. Io.s dux Carinthię facta primitus investitura per R. D. Patriarcham Bertrandum in persona dicti ducis Iohannis veluti Vassalli Ecclię Aquil. de omnibus feudis, quę tenet ab eadem Ecclia; idem D. Ioh.s dux gener ducis Henrici Carinthię descendens Magnifici ducis Meynardi superius nominati, cui primitus fuit infeudata terra Venzoni solummodo pro se habenda, et non heredes etc. si quod ius prenominatus D. Iohanes, vel D. Henricus

Henricus eius socer habuisset in Terra Venzoni, illud expresse dedit eidem D. Patriarchae, et expresse renunciavit.

1351. D. Dux Albertus promisit D. Nicolao Patriarchae Aquil. contra Ecclesiae Aquil. Rebellantes non recipere in suam protectionem, nec eis praebere favorem.

Gravamina et iniuriae illatae Ecclesiae Aquil. a DD. Ducis Austriae tempore Ludovici Patriarchae

In primis recitatur quod inter ceteros origo omnium discordiarum inter Ecclesiam Aquil. et dnos duces Austriae est, quia antiquitus et continue conati sunt, et conantur occupare Iurisdictiones, bona, et honores ipsius Ecclesiae in partibus Alemaniae, et Foriiulij.

Item consueverunt ipsi duces in Patria tenere Cortustaon, et certam partem Zagoniae, quod totum est feudum Ecclesiae supradictae, de quo legitime sunt privati per ea, quae fecerunt contra ipsam Ecclesiam, et incolas eiusdem; ac personas Patriarcharum, et specialiter Ludovici prout inferius declaratur.

Item quod D. dux Rodulphus nat. D. Ducis Alberti volens totam Patriam occupare cum magna armigerorum congregatione Patriam invasit, et Castra de Budrio, Manzano, et Monasterio Rosaceni occupavit.

Item fecerit infinitis derobationibus, interemptionibus, combustionibus, et alijs damnis Ecclesiae praedictae, et incolis eiusdem demum suis promissionibus praecedentibus secum duxit D. Patriarcham Ludovicum in Alemaniam sub colore litterarum affidantium cum pactionibus ipsum D. Patriarcham conducendi ad Imperatoriam Maiestatem, in qua praefatus D. Patriarcha se compromiserat.

Item dum idem D. Patriarcha cum fratre ipsius D. Ducis Rodulfi, Carentam existit in itinere eiusdem D. Patriarchae cum omnibus, quae super ipsis erant, fuerant derobatae per gentes ipsius D. Ducis, de quo ipse D. Patriarcha fuit expoliatus suo sigillo, et Ecclesiae suae, litteris affidantiae habitis ad eundem D. Ducem, Clenodeis argenteis, et aureis, alijsque arnesijs suis, et familiae suae, atque pecunia non modica; nec non privilegijs, et scripturis loquentibus de Iuribus Ecclesiae amissae fuerunt.

Item dum Patriarcha praedictus fuisset ductus in Siena tribulationibus non paucis circumdatus diu expectavit D. Ducem, qui Venetias fuerat,

et cum

et cum in eius adventu sperant, ut eum iuxta promissa conduce-
ret ad D. Sing.tis presentiam, ipsum ducens per dilationes temporis
expensas gravissimas incurrit, et ad tantam pervenit extremita-
tem quod nullus de Siven audebat aliquid emere, vel recipere
ab eo necessitate cogente, vel suis servitoribus, quos oportebat
equos vendere pro sui, et suorum sustentatione, et tunc eundem
D. Patriarcham solum cum custodibus carcerari fecit in quodam hospi-
tio: familiam autem eius totam captivatam fecit in carceribus in
Castro de Snellero prope Siven.

Item dum idem D. Patriarcha detentus maneret in mortis articulo ipse
D. Dux pacta damnabilia cum ipso ad sui beneplacitum composita,
et scripta petit ab eo sigillari quodam parvulo sigillo, quia aliud magnum
erat sibi surreptum ut sup.a dictum est: D. Patriarcha ad talia pacta
damnabilia noluit consentire, et demum non valens ab eo aliter liberari
tamquam coactus huiusmodi pacta enormia sigillavit bullato premisso.

Item dum hec pacta invito ipso D. Ludovico Patriarcha in Ungaria sigillata
fuissent D. Rex Ungarie hec sentiens aliqualiter noluit consentire per
Comites Amicos electos per partes, imo expresse dimandavit protestando
et sibi confici faciendo instrumentum, quia in damnum Ecclesie
maximum redundabant.

Item tractu temporis D. Dux predictus, gentes suas armigeras in
copiosa multitudine in Patriam Foriiulii misit, que cum favore ser-
vitorum Ecclesie Aquil. sibi acquisitorum Contractam incendiis, et
crudelibus spoliis, et derobationibus submiserit, in fine Rex
Ungarie pietate commotus treguam fecit usque ad festum S. Martini tunc
sequentis, que male pro parte Ducis servate fuerunt.

Item ipsis treguis permanentibus idem D. Dux Castrum Ecclesie quod
vocatur Vvunsperch dicendo quod emerat ipse, quod emi non poterat
quia Ecclesie Aquil. feudum erat, indebite occupavit, in quo cu-
debantur false monete, quia ibi reperte sunt stampe ferree
monetarum Aquil. Ecclesie Grossorum Imperialium, et aliarum
diversarum.

Item tempore dictarum treguarum fiebant derobationes viatorum
mercatorum

mercatorum, et Stratarum uiolationes, layeorum, et Regularium
depredationes personarum, combustiones per gentes D. Ducis, et
alios persecutores Ecclie Aquil. uidelt de Castris S. Pauli in Marchia
Taruisina, Loci de Cuar, Terre Lorenzi, et Castri de [illegible]uario
quod est Dni Episcopi Concordien. Suffraganei dicti D. Patriarche. [illegible]

Castrum de la Foran in Carsia

1362. Castrum de la Foran in Carsis positum fuit per D. Ludo-
uicum Patriarcham inuestitum Nobili Nicolao de dicto loco
iure feudi.

De Sedegliano, S. Laurentio, Griglono,
Latisana, Lientz

1226. 5. exeunte Octobri D. Comes Meynardus senior de Goritia cum
manu, et uoluntate Nepotis sui Meynardi iunioris de Goritia
pro 200. marchis argenti, quas D. Bertoldus Patriarcha Aquileie
dicto Comiti Meynardo seniori persoluit, de quibus ipse Comes
se bene solutum clamauit, et exceptioni non numeratae pecuniae
abrenunciauit, et pro Villa de Sedegliano, Villa de S. Laurentio
et pro Villa de Grillons quas prefatus D. Patriarcha eidem
D. Comiti Meynardo seniori in feudum contulit, ut eas quandiu
uixerit habere debeat cum omnibus redditibus, qui ex eisdem
Villis prefato D. Patriarche prouenerant, et quos ipse ad manus ha-
bebat, ita tamen quod prefatus non debeat, nec possit easdem
Villas impignorare, inuestire, nec aliquo modo obligare: aliter
debeat amittere omne ius; et insuper tota proprietas, quam
idem Comes habet in Latisana libere, et absolute debet esse
Ecclie Aquilegien., et pro 4. marchis Aquil. monete quas idem
Comes in uita sua annuatim percipere debet de muta Aquilegie
dedit, donauit, et ponendo super altare Sti Marci ad proprium tradidit
Aquil. ecclie Dei, prefato D. Patriarcha recipiente eidem nomine, et
uice eiusdem Ecclie Castrum de Lientz cum omnibus pertinen-
tiis, et Masnatis, omnique iure, et iurisdictione iure proprietario ad
dictum Castrum

dictum Castrum pertinente, et Castrum de Rosenbayn cum omni iure
et Porrum de Lassiana cum omnibus suis pertinentiis, et insuper
omnem suam proprietatem ubicumque est, quam tunc visus erat
habere, exceptis Porsenico, Carzonara, Blancada cum eorum pertinentiis,
et excepta illa proprietate quam D. Federicus de Civeillis
à prefato Comite in feudum tenebat, et salva questione, quam D.
Lateran cum eod.^m D. Comite habebant de quadam Villa; et ibidem
incontinenti prefatus D. Lateran investiuit prenominatos Comites de
omni supradicta proprietate ad rectum feudum, ita quod eorum
heredes tam feminę quam masculi in eod.^m feudo succedere debeant
et quod prefati Comites, nec eorum heredes, vel proheredes nec debeant,
nec possint prefatum feudum alicui investire, vel aliquo modo alienare
hoc excepto quod uxoribus suis donationem propter nuptias iidem
facere possint ita, quod si ipse ex eis liberos non susceperint, non
debeant habere eamdem donationem, nisi quamdiu ipse vixerint,
deficientibus autem masculis, et feminis supradicta proprietas
pleno iure ad Aquileiensem Ecctiam absolute devolui debeat. &
~~[illegible]~~ Manus Omniboni Iudicis, et Regalis Aulę Notarij.

Transumptum per Excellentem D.^n D. Io.^s de Mutina Not.
ex Originali autentico 1342. 15. Iulij. &


1277
Aylinus Senior
Antonius Senior 1313
Aylinus II 1340
Johannes I 1348
Nicolaus 1370
Antonius 1432
Antonius 1385
Johannes 1447

Die 20 Octobris Beltrandus de S. Genesio de Guasconia Aquileiensis Patriarcha intravit
Paduam honorifice, in Aquileiam transiturus. Cortusij lib. 5 c. 7 sub anno 1334
Mense Martij Beltrandus Aquileiensis Patriarcha furtive abstulit Venetis Castrum Vallis.
Veneti indignati congregaverunt exercitum suum militum, et peditum iuxta Co-
lam. Semel vero Patriarcha cum Furlanis, et Theutonicis contra gentem Venetorum
occurreas multos cepit. Dum haec geruntur Rizardus de Camino cum exercitu
obsedit Sacile ostendens se contrarium Patriarchae. Domini della Scala gaudentes
ijs discordijs partes incitabant ad guerram, et utrisque clam favebant. Partes
eorum insidias timuerunt, et inter eos pax convenit Venetis restituto Ca-
stro Vallis. Pace facta Patriarcha sine mora equitavit contra Rizardum,
qui fortis, et audax, se contra eum direxit ad pugnam, sed post mul-
tas strages occisorum, relicto campo fugit Serravallem. Rizardus vo-
lens de Patriarcha sumere ultionem a Dominis della Scala, quorum soro-
rem habebat uxorem, auxilium personaliter imploravit, qui auxilio
denegato de Verona rediens Serravallum, pressus verberibus belli,
tristitia nimia fere corripitur, mense Septembris sine herede mascu-
lo solvit debitum naturale. Creditur tamen hunc Nobilem vene-
no extinctum publica fuit opinio. Ea die defecit nobilis progenies de
Camino. Cortusii lib. 5 c. 9 sub anno 1335.
Eodem mense, scilicet Martij anno 1340, Conaglianum rebellavit Venetis opera
Patriarchae: tamen timore potentiae Venetorum sponte se reposuerunt
sub dominio Venetorum. Cortus. lib. 8 c. 1
Guidus Comes Boloniae de supra mare, tituli s. Caeciliae Presbiter Cardinalis
Romanae Ecclesiae Legatus . . . . ivit in Hungariam, et treguas facit in-
ter Regem Hungariae, et Ludovicum maritum Joannae Apuliae Reginae.
Veniens Paduam in anno sequenti, scilicet 1350, et mense Februarij
voluit de pace componere inter Patriarcham et Comites Goritiae, sed
nequijt. Unde postea occiditur D. Patriarcha. Cortus. lib. 10 c. 1.
Corpus B. Antonij Confessoris translatum fuit die 14 Febr. Tunc supra aram
eius Dominus Legatus missam celebravit praesentibus Patriarcha Aquileien-
si, Archiepiscopo Jadrae, episcopo Veronae, et multis alijs episcopis, et Praelatis.
Cortus. loc. supracit.
Beltrandus Guasconus Aquileiensis Patriarcha, vir probus, et sapiens, et
Comes Goritiae, inter quos erat magna discordia coram Domino Legato,
et Domino Paduae mense Madij convenerunt, et multum fuit de iuribus
partium disputatum, sed nihil potuit expediri. . . . D. Patriarcha equita-
vit Sacilum iterum Utinum cum ducentis galeatis. Contra eum
pugnaverunt eius rebelles cum gentibus de Goritia, et debellatus
fuit Dominus Patriarcha. . . . Ipse vero Patriarcha captus, ferrus gladio a
quodam de Villalta obijt statim. Fuit hoc 1350 die septimo mensis
Junij. Cortus. lib. X c. 13.
Praedicto anno, mense madij, existente Legato Paduae, Henricus Comes Goritiae
desponsavit Dominam Ziliolam, filiam Magnifici Jacobi de Carraria, unius

nuptias distulit mors Dn̄i Rob^ti . . qui post paucum tempus obijt sine filio.
Certus. Loc. cit.

Gregor. Patria Aquil. qui fuit de Montelongo venit Aquileiam die 13. Jan. sub anno Dni 1252.

Ecelinus de Romano captus fuit anno d. 1259 die 4 exeunte Sept. qui comedere nolens septe dieb. in octavo mortuus est.

Rex Carolus devicit, et interfecit Manfredum Principem Apuliæ in Apulia, et fuit maxima hominum strages anno d. 1266. die Veneris 3. ext. Febr.

Impositus fuit primus lapis Monasterij Dnar. Cellarum apud Civitatem Austr. per Venerab. Patres Albertum Concordiens. et ... Retinens. Episcopos anno d. 1267. die dom. 3. Intr. Aprili.

Captus fuit Ven. Pat. Gregor. Patria Aquil. per Nob. Virum Albertum Comit. Goritiæ apud Villam novam sub Rosaccio in Aurora diei dum erat in lecto, et nudipes ductus fuit Goritiam in uno Roncino anno Dni 1267. die Lune 12. ext. Julio, nullo alio capto præter Soarum fuum et paucis alijs vulneratis. Tunc subsequenter die 4 intrante Augusto initiati fuerunt in Forojulij Capitanei dominus Albertus Vicedom. Epis. Concordiæ et Dom. Aegrinus de Varmo..

Redemptio Gregor. Patriæ

Gregor. Patria Aquil. anno 1267. die ex. Aug. exivit Captivitatem dicti Comitis Alberti Goritiæ, et conductus fuit Civitatem, procurato tamen prius per Venerab. Patrem Vladislaum ... Episcopum Salsburgensem cum ipso dno Patria dum erat in Captivitate et cum Forojuliensibus ex parte una, et cum dicto Dom. Comite ex altera quod fuit per Patres Compromissum in ipsum Archiepiscopum et Dom. Regem Boemiæ, et postea Civitate confirmatum.

de interfect. dni Albert. Epis. Concord. Vicd. Patriæ.

1268. die 3. Intr. Julio ante tertiam apud Montem Nideam interfectus fuit Ven. Pater Albertus Concord. Epis. Vicednus Rev. Patris Gregorij Patriæ Aquileiens. et quidam alij cum eo per insidias et impositas per fautores Dni Alberti Comitis Goritiæ.

dicto anno die Veneris 5. exeunte Jul. exivit Patria Utinum cum suo exercitu contra dictum Comitem, et hinc die 12 Augusti destructus et direptus fuit Pons Sontij apud Goritiam, et reversus est die penultima Augusti Civitatem facto iterum compromisso inter dictas Partes.

nuptia
Utru

1268. die 22. Aug.ti in oct.a Assump.tis decicit Rex Carolus
Conradinum qui colebat Regnum Apulie.

de obitu Gregorii Patr.

1268 die 8. int.te Septbr. hora sexta in Civit. Austr. Gregorius Patr.
Aquil. obiit in Dño qui extitit Patr. 17. anni X mens., et 16. dies.

de elect.ne dnis Carinthie in Capitan. Forijulij.

dicto año die 14 int.te Septbris Nob. Vir Voldoricus dux Carinthie elec
fuit per Forojulienses in Capitan. Forijulij; qui eodem año die
exeunte Octobr. mortuus est in Civit.te Austrie.

de elect.ne dni Philippi in Patriarcham Aquil. et eius Carasthe

1269. die 9. exeunte Septbr. dnus Philippus frater dicti ducis Carinth
olim Archiepisc. Salsburgens. electus fuit in Patriarcham Aquile
sed privatus fuit per Sum. Pontif. Gregorium X; et Curiam Roman
eo quod electio Patrialis fuerat ante dictam electionem per Roman
Curiam interdicta, qui cum Aplica Sede vacante non confirm
receptus fuit salvo iure electionis Patrialis in Capitan. Forijul
et tunc die Jovis in festo Sancti Gervasij equitavit cum exerc
super dnum Artuicum de Castello fauctorem Comitis Goritie
comburendo, et Runcando bona sua ad Burgum Castelli.

de Grandi Turbinis

1270. in festo Udalrici die 4 Julij cecidit in Civit. Austria, et
Civitate grando grossior ovis gallinaceis multo, que fru
Terre, et arborum atque frondes cum plantis, et cortices
volatilia, et etiam quadrupedes que reperit extra domos inter
fecit, et etiam homines ut fatebatur.

de Captione Civitat. per Federicum de Pinzano.

1272. in Vigilia Sancti Mathie die Bissexti 5. exeunte Febr. Fe
cus de Pinzano qui tunc Vicarius erat dni Philippi Capitan. superand
in Forojulij furtive tamen circa horam tertiam iam dicta missa
in maiori Ecclesia armata manu intravit Civitatem Austriam domin
Joanne, et Uodolrico fratribus de Portis ipsum introducentibus frau
dolenter, et quasi pacifice tanquam amicum Civitatensium eis dicen
tibus publice quod non veniebant causa mali, cepit Civitatem
cum illis de Prata, et Purcilleis, et Villalta, ubi multorum
abstulit bona, quosdam Utinum, et quosdam alio ad suum beneplacitum
transmittendo, et quosdam captivando, Carlevarium Civitatens. et
unum de Prata decapitando: Sophiam filiam Floretti comburend
et volendo in alios decapitare impositos eis perod Terram
dare vellent foveantibus, in Captione Terre nullus vulneratus
fuit nec percussus..
Eodem año die dominico 8va intr. Maio in Aurora captus fuit
Burgus Pontis Civitatis per Forojulienses fideles Eccl. Aquileien

et quosdam Teuthonicos nom.e Regis Boemie inuidentes Federico
de Pinzano, sed ut dictum fuit, quia nullo deffendente, uel
c[illegible] intrauerunt eodem die superuenit Nob. Vir Vuolricus
de Durnoltz Capitaneus Regis Boemie cum exercitu magno hom
inum peditum, et obsiderunt Ciuitatem
Item eodem die tunc Burgus Pontis captus fuit, dictus
Federicus de Pinzano fecit comburi Burgum S.ti Petri, et Burgum S.ti Siluestri 2
et in nocte subsequenti diruit Turrem lapideam Burgi S.ti Petri: die vero
Sabbati sequentis Ciuitas data fuit dicto Capit.o, et claues Ciuitatis ei
assignatae fuerunt in Eccl.a S.ti Stephani per dnum Detalmum de Villalta
qui fautor dicti Federici erat in Ciuit.te, et per quosdam Ciuitatis.

De Fulgure

1272 in Vigilia S.ti Ioannis de Iunio percussit fulgur in quodam
monte apud Ibunnium ita quod mons ardens pluribus diebus emisit
fumum quotidie ad quantitatem domus ardentis.

de Aduentu Raim. Patriarchae 89

1273. die XI. exeunte Decembri factus fuit per Alexandrum Papam
et Curiam Romanam Venerabil. Pater Raymundus Mediolanensis de la Turre
Cumanus Patr. Aquileiens.: Venit autem in Forumiul. videli- in
cet Sacillum ano 1274. die Iouis 2. intr.tis Aug.ti, die Veneris apud 2
Sanctum Vuodolricum, die Sabbati Utinum ubi stetit 13. diebus; die
autem Veneris 17. intr.tis Aug.ti venit Ciuitatem, die tamen crastino compromisit
cum dno Alberto Comite Goritie. Patriarcha in Nepotem suum Potestatem Padua-
nouum, et Comes in dominum de , et communiter in dnum ia
Giuardum filium dni Bianchini de Camino de omnibus quaestionibus
quae erant inter eos, ita quod infra X. dies sententiare deberent uel
committere uel maior pars ipsorum Arbitrorum, et sic Patr. et Comes pro se
et amicis eorum facti sunt amici, et interim sic procuratum fuit
quod partes dimiserunt Arbitros absolutos, et Comes precise expostulante
et iurauit stare praeceptis dni Patr., et tractare per ipsos Arbitros
et alios de Compositione, et Concordia et Pace inter Patrem et Comitem
dicto Patr. petente Cormons Comiti qui erat in Camera Pathali
super his ac praecipiente quod sibi daret Cormons, Comes quasi ad ha-
bendum Consilium latenter exiuit, et sine licentia occulte cum paucis
exiens Ciuitate recessit et facti sunt inimici ut prius non obstante sacramento
et quibusdam securitatibus super hoc praestitis.

Immutatio monete.

Ano Dni 1274. die lune 5. exeunte Nouembr. incipit currere noua moneta
mutata per Ven. Pat. Dnum Raymund. Patriarcham Aquil.
Item factum fuit compromissio sub certis articulis, et pactis int. d. Raym. Patriarcham ia
Aquil. ex parte una, et Nob. Vir. dom. Albertum Comitem Goritie, et Iusti-
nopolitanos et eorum fautores ex altera ano dni 1275. die 4. exeunte in
Febr. in Ciuit. Aust. in Palatio Pathali.

de Inundatione aquarum Natisse

Ano Dni 1276. die XI. exeunte Septemb. fuit Natissa ita magnus quod
fuit extra ripam, et ultra ripam usque ad murum Ciuitatis S.ti Petri
et etiam ascendit per ipsum murum, et destruxit plures domos ab

exteriori

inferiori uice uersus Statuam existentes deferendo quequi inuenit, destruxit indiferenter omnia molendina, et Portum et Murum Basternule factum in defensionem Ciuitatis. Ad Pontem ascendit usque ad supremum gradum, et tandem de summitate maioris sexpedis Pontis Ciuitatis remansit aliquantulum quod aqua non transcendit.

De Carestia

Anno Dni 1276 in Octobre uendebatur S. Frumenti 30 denarijs et etiam plus milei 22. d. Surgi 24. et etiam 25. denarijs. Item die Sabbati penult. Januarij uendebatur frumentum 36. denarijs, et tantum Siliges, et plus: Surgi 24 et 26. denarijs: Item die Sabbati 13. Februarij Frumentum Siligo, et Faba uendebantur 42., et 44. denarijs parvis. Milium 37, Surgum 28. denarijs parvis. Item ascendit Frumentum ad 50. denarijs. Meleus ad 40. Surgus ad 37: et plus: In Principio Martij die Sab. 6. intrante Martio Frumento positum fuit. Frumentum parvi 40. denarijs. et Siligo, et Faba 36: Milium 28. Surgum parvi 24. denarijs. in manu soluendo.

De Mansionarijs Ciuitatis

1277. die Veneris Ante Sneanny. 12 Int.te Febr. in Capto Ciuitatis Canonicis cum Decano generaliter congregatis coiter et concorditer per eos indultum, et constitutum fuit, quod ex tunc prebenda cuiuslibet Mansionarij p.mo anno post illius decessum pro anima illius cederet Capto Ciuitatis ad emendum prouentum pro anima eius parentibus in eius Anniversario solito mori.

De Mutatione Monete

Anno 1277 Ind. 5. die 7. Intr.te Martio Mutata est Moneta que habebat Pathre Imaginem interius, et Zilijs exterius, quae ualuerunt 14 D. in Moneta ualebat iam positum 16. den. Libertum interius imaginem S.te Marie cum filio S. et exterius Aquila. Item eodem anno die 7. Intr.te Aprili fuit proclamatum ex parte Pathre quod ex tunc darentur tantum per 14. denarijs, et illa nem. que tunc cedebantur differens a priori in duabus crucibus paruulis interius, et exterius.

De S.ti Fontis apud Solarium

Anno Dni 1277. die 7. Intr.te Aprili inceptum fuit fodere, et construere Fons apud domum Comunis primo.

Anno 1284 Ind. 7. die 3. uel 4. exeunte Junio uenerunt Veneti primo. ad edificandum unum Castrum apud Ducinum iuxta Manzillanam, et S.tm Joannem in Mari longe a Terra plus iacta machine, uel balistre.

De morte Rubei Siniscalchi R. D. Pathre

Die Sab. 7. Intr.te Octobri interfectus fuit Siniscalcus R. D. Dni

dni Raimundi Electi Aquil. per Reynardum, Varnerum filios dni Franci de Orzono, et Iacobum
et fere alios Civitatenses, quare derupte domus di Iacobi filii
Marquardi de Wampenstein, et licus sive Terra Civitatis
ver dictum Lathum fuit supposita Ecclesiastico interdicto
die Iovis 19. Octob. usque ad ultimam diem eiusdem mensis: quod
suspendit ab hora tertia usque ad beneplacitum suum, eo quod
dnus Latha dicebat eum fuisse Clericum, et Vicarium eiusque
Plebanum, eo quod hec Terra ubi interfectus fuit, esse debere
suppositam Ecclesiastico interdicto secundum eiusdem Constitutionis tenorem editae Aquilegie in suo Synodo Evati

De Ingressu P.P. Predicatorum ad habitandum in Utino.

Anno dni 1285 Indictione XIII. die ultimo exeunte Maio Ingressi sunt
primo in Utinum fratres Predicatores ad habitandum ibidem,
et primo celebraverunt publice in eorum loco missam: lapis
autem primus Ecclesie edificande impositus fuit ultimo die huius.

De Salesatura Viarum Civitatensium.

Anno dni 1285. die lune XIII. intrante Aug.to incepit Comune Civitatis facere
salesari, sive facere aptari vias Civitatis incipiendo a Porta Pontis cum
dacio Civitatis.

De Militia dni Ioanis de Zuccula &c.

Anno dni 1285. in festo Omnium Sanctorum dnus Ioanes de Zuccula
cum Franco de Orzono facti sunt milites per dnum Albertum
Comitem Goritie apud Civitatem in Prato Sarinabello dno Latha
Aquil. Raimundo nolente facere eos milites, eo quod fecerat Francum
predictum denunciari excomunicatum occasione mortis Siniscalchi sui, qui interfectus fuerat in Civitate, et super cui militie
interfuerunt Frisingensis, Feltrensis, et Concordiensis Episcopi
et Albertus Comes Goritie, Gerardus de Camino, de Prata, de
Porcilliis, Castello, Spegnimbergh, Villalta, Glemona, Pramperch,
Cucanea, Utino, et alii domini fere de Castris Foriiulii Universis
et etiam Theutonici quamplures: que curia duravit 8. diebus
et Curiales interfuerunt bene quingenti.

De electione prebendariorum Petri de Ovaria et Nicolussii Civitatis

Anno dni 1286. Ind. 14. die lune 2. intrante Septembris. In Capitulo maioris
Ecclesie Sancte Marie Civitatis Austrie per dnum Bernardum Decanum
et alios Canonicos Civitatis tunc ibidem vocatos, et congregatos solito
more primo fuit electi sive creati Petrus de Ovaria nepos
dni Martini dicti Cast.o, et Nicolussius filius q.m Meinardi de
Civitate in Prebendarios secundum ordinem Magri Lizoli Canonici
Civitatis ad dicendum singulis diebus horas Beate Marie in Ecclesia Canonicorum
Civit.

Civitatis. apud Aram, videlicet quod Vesperas dicere debeant
dictam Vesperis Psalmorum, a qui Vesperas Communes Dominorum, et post
matutinas Dominorum sive Communes immediate dicere de Beata Maria
Matutinas, Primam, Tertiam, Sextam, et Nonam: quas Magister
Bizolus in suo Testamento ordinavit, et stabilit de bonis suis emi
redditus bonum Marcharum ad usum Curie prebendariis superius
dictis, qui prebendarii illas prebendas habere debeant usque ad
XXV. seu XXVI. sive usque ad XXVII annos sue etatis a nativitate
ipsorum, et non ulterius, quod tunc aliis conferantur sub dicta
conditione, et firmissime sub tali conditione, quod si non facerent
et non dicerent pro debitum, seu vitam ducerent inhonestam
Decanus, et Capitulum ipsos privari valeant prebendis prefatis,
et aliis ad hoc idoneis illas conferre. Item quod Mansi seu
possessiones redditum dictorum prebendarum esse debeant sub protectione
et regimine Capituli, et spectet in officio Camerarii Capituli qui
redditus memoratos debitis, et congruis temporibus conduci faciat
in Claustrum Canonicorum, et ibidem illos dictis prebendariis
per illos, qui eosdem redditus solvere debuerint assignari fa=
ciat, et persolvi &c.

De Mutatione Monete

Anno Domini 1287. Indictione V. die Lune X. intrante Martio in Civitate Austrie
fuit ex precepto Reverendi Patris Domini Raimundi Patriarche Aquileiensis
voce preconia publice proclamatum quod Moneta que publice
pro nova currebat, deberet dari, et accipi pro nova usque
ad diem Iovis vicesimum intrante Martio, et tunc pro
antiqua

De Exercitu in Histria contra Iustinopolitanos

Die dominico predicto anno VIII. intrante Iunio. [illegible] ivit
Ven. D. Patriarcha Raim. a Civitate ad Montemfalconis

1357. Millesimo tricentesimo quinquagesimo septimo Ind.ne quinta die quinto octob.is Congregato Conscilio Consiliariorum Forijulij in presentia R.mi in Xpo Patris et Dni, Dni Nicolai Patriarche Aquilegien. In quo quidem Conscilio interfuerunt Ven. in Xpo d.s Fr. Petrus Episcopus Concord.s, Ven., ac Nob: et discreti Viri D.s Fr. Guido Abbas Mosacen. Gambrinus de Cremona Canon.s Aquilegien. Nicolussius dela Frattina, Franc.s de Strassoldo, Maynardus de Villalta, Rizzardus de Tricano, Simon de Cucanea, Franc.s de Colloredo, Simon de Pulcinico, Detalmus de Pers, Castronus de Savorgnano, Nicolaus Argoni, Iacobus de Cremona. Sup. generalis Consilij, et ceteri de Aquileia, ac etiam D. Ser Petrus de Cucha, et Ioannes de Lisono. Prefatus D.s Patriarcha proponit qualiter novissime die ora nonnulle gentes attentaverunt intrare in Terram suam Albone furtivo modo, sed primo negotiaverant eum proposituum adimplere; postea vero quedam gentium quantitas furtive, et proditorie intravit nocturno tempore dictam Terram nollens eam eidem Aquilegien Ecclesie subripere, sed fideles sui intrinsici de Albona viriliter resistentes gentes ipsas cum personarum damno, et ut iurono eiecerunt captis aliquibus, et iustitia de ipsis facta: Subsequenter d.s Henricus de Veysnich Cap.s Portus Naonis pro Dno duce Austr. propria authoritate, et indebite spoliavit fideles ipsius Dni Patriarche de Prata eorum possessione cuiusdam Ville, et ipse magnam armentorum quantitatem inde robavit, multaque alia inferre minatur in preiudicium, et damnum Aquilegien Ecclesie, et eius fidelium subditorum, que tamen credit idem D.s Patriarcha procedere de voluntate Dni Ducis pred.ti Pro quibus quidem violentijs, et offensis nihil contra ipsos authores novi attemptare hucusque voluit: propter mandatum sibi factum ex parte Dni nri Romanorum Regis

continens

continens quod ipse D.s Patriarcha sibi per dictos
Consiliarios Consilij quid agendum foret in premissis
pro conservatione honoris sui, ac boni status Patrie,
et fidelium suorum. Dicti vero Consiliarij premissis
omnibus, et singulis auditis, et super ipsis deliberatione
habita diligenti consuluerunt eidem Dno Patriarche
quod Guerras, et discordias quantum poterit debeat euitare,
et ut melius fieri possit requirant dictum Dnum
Lobrenbercli missum per Ill.mum D. Regem ad partes
istas, et qui eiusdem Dni Regis personam representat
quod ipse se interponat de tractando concordia super
premissis, et si concordia fieri potest cum honore dicti
Dni Patriarche bene quidem sin autem ordinet dictus
Dnus Patriarcha quod omnes sui subditi statim parati
sint cum eius Armis ad defendendum, et resistendum
ne Aquilegiens Ecclesia, et ipsius fideles sic indebite
opprimantur, et ad hec prosequenda obtulerunt
totaliter posse suum; et quia postquam facta fuit
antiqua Impositio Talee militie Toribuij, quamplures
ex fidelibus Aquilegiens Eccle depauperati erant,
propter quod non poterant servire cum dicta Talea, et
aliqui erant ditati, quibus tamen non exibebatur imposita
maior militie taleas: consuluerunt quod examinaretur
Impositio ipsa, et quod addatur ditatis, et diminuatur
depauperatis prout equitas suadebit, et sic statim
ellegerunt ad examinationem, et ordinationem, et reforma-
tionem dicte Talee augendo, et diminuendo quibus
uidebitur faciendo Dnos Abbatem Moxacensem
Nicolaum della Frattina, Hendricum de Strasoldo,
Rizzardum de Tricano, Franciscum de Colloreto,
Benevenutum de Flagonea Cives Aquilegien,

Capitaneum de Sauorgnano, Nicolussium de Ponte Ciuitatis, et Mag.cum Iacobum de Cremona predictum quib. potestatem tradiderunt addendi, et diminuendi omnibus, et singulis fidelibus Aquilegien. Ecclię de dicta Talea, et militia, et reformandi prout eis melius, et conuenientius uidebitur expedire. Post meridiem uero die predicta Prefati nouem ellecti una cum Ioanne de Lisono ad hoc deputati, et misso per prefatum Dnum Patriarcham conuenientes in unum in domo solita predictorum de Utino, habita deliberatione diligenti, et respectu habito ad facultates omnium, et singulorum qui seruire debent cum Talea militię refor marunt dictam Taleam in hunc modum vz. in

Primis: quod D. Patriarcha pred.s habeat suam Taleam militię consuetam vz: 40. Elmis, et X.cim Ballestreriis.

Item D. Episcop.s Concord.e qui antea seruiebat cum 8. elmis, et 2. balestreriis de cętero seruiat Ecclię Aquil. cum X. elmis, e .. balestreriis.

Item Capitulum Aquileię cum X.cim elmis, et duob. Balestreriis iuxta impositionem antiquam.

Item Abbas Belen. cum elmis duob. iuxta impositionem.

Item Prepos.s S.ti Steph. Aquil. cum elmis trib. et Balestrerio uno iuxta impositionem antiquam,

Prepos.s S.ti Felicis Aquil. Balestrerio uno iux. impos.nem antiq.

Monasterium Maius Aquil. cum elmis duob., balestreriis duobus iuxta impositionem antiqua.

Item Abbatia Monasterij Rosacen. quę, antea seruiebat cum tribus elmis, et Balestrerio uno de cętero seruiat cum elmis tribus, et Balestreriis duobus.

Item Monasterij Moxacen. qui antea seruiebat cum elmis

tribus

tribus, et Balestrerio uno, recepterò serviat cum Elmis tri
bus, et balestrerijs duobus.
Item Abbas Sexten. qui ante serviebat cum elmis quatuor
et balestrerio uno, de cetero serviat cum Elmis quatuor, et Balestre
rijs duobus.
Item Capitulum Civitatis cum Elmis X.im, et Balestreriis iuxta impositionem antiquam.
Item Monasterij maius Civitatis cum Elmo uno, et Balestrerio uno
iuxta impositionem antiquam.
Item Prepositus S.ti Odorici super Tulmentum cum El...
tribus iuxta impositionem antiquam:
Item Dni de Prata cum Elmis sexdecim, et Balestrerijs quinque
iuxta impositionem antiquam. 89
‡ Item Prepositus Carnee cum Elmo uno iux. impositionem antiquam
Item Dni de Purcilijs cum Elmis sexdecim, et balestrerijs quinque in
iuxta impositionem antiquam. 2
Item Dni de Pulcini cum Elmis octo, et balestrerijs quatuor
iuxta impositionem antiquam.
Item habitatores de Acciano cum elmis duob. et balestrerio uno Accia
iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Monte Regali cum uno Elmo, et uno balestrerio quia fuit
eis deminutus unus Elmus propter statum eorum deteriorationem.
Item illi de Maniaco cum Elmis tribus, et balestrerijs tribus quia
sunt eis additi duo Balestrerij propter eorum statum augumen
tatum, et meliorationem in bonis suis.
Item illi de Rinzano, seu qui tenent Castrum ipsum, cum Elmis
duobus iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Toppo cum Elmo uno, et balestrerio uno iuxta impo
sitionem antiquam.
Item illi de Spilimbergo, et Zuccola cum elmis quatuordecim
et Balestrerijs quatuordecim quia sunt eis additi duo elmi, et
duo Balestrerij propter eorum statum in divitijs, et in poten
tia augumentatum. la 7 in
Item habitatores de S.to Vito cum duobus Elmis, et uno bales
trerio iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Sbroiavacha cum elmis tribus, et balestrerio uno
iuxta impositionem antiquam.

Item illi de Sal

Item illi de Sabuarolo cum uno Elmo, et uno Balestrerio iuxta impo=
sitionem antiquam.
Item illi de Laurenzaga cum elmis tribus iuxta impositionem antiquam
Item habitatores Meduna cum elmis duobus quia eis est
deminutus unus elmus propter statum ipsius Terrae deterioratum.
Item illi de Azzano cum uno Balistrerio quia de uno elmo
sunt reducti ad unum Balestrerium propter eorum statum
deterioratum.
Item illi de Errano cum elmo uno iuxta impositionem antiquam.
Item illi della Frattina cum elmo uno.
Item D. Nicolaus dela Frattina cum uno elmo, et uno
Balestrerio quia status eius est melioratus, et augu=
mentatus in bonis.
Item illi de Flagonea, seu qui tenent Castrum ipsum
cum uno elmo iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Villalta, et Cassiacho cum elmis X.^{ne} et duobus
Balestrerijs, quia sunt eis deminuti duo elmi, et duo Balestrerij
propter eorum statum deterioratum.
Item habitatores de Fagagna cum elmis quatuor, et Bales=
trerio uno
Item ultra eos Maignardus de Fagagna cum elmo uno,
et Vraulus de B... habitator Fagagne cum uno Balistrerio.
Item illi de Tercharo et Muruzzo cum elmis duodecim
et Balestrerijs quatuor iuxta impositionem antiquam
Item illi de Castellerio cum elmo uno, et balestrerio uno quia
sunt eis deminuti unus elmus, et unus balestrerius propter
eorum statum deterioratum.
Item illi de Brazzaco superiori, et inferiori cum elmo uno,
et balistrerio uno iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Fontebono cum elmo uno, et balistrerio uno, quia
sunt eis deminuti duo elmi propter eorum statum deterioratum
Item illi de Colloreto cum elmis XII: et Balestrerijs quatuor.
Item illi de Melso cum elmis duobus, et balestrerijs duobus.
Item illi de Reuso cum elmis duobus et balestrerijs duobus.
Item illi de Cusano cum elmo uno.
Item habitatores de Sancto Daniele cum elmis quatuor
et Balestr...

et balestrerijs duobus.
Item Coradella de d. loco cum elmo uno
et filij d.ni Bartolomei de ipso loco cum elmis duobus, quia
ipsorum status est augmentatus, et ditatus.
Item illi de Ragonea cum elmis duobus, et balestrerijs duobus iuxta
impositionem antiquam.
Item illi de Rivamgergo cum elmis sex, et balestrerijs tribus, quia
sunt eis diminuti tres elmi propter eor. statum deterioratum
Item illi de Cassaco, seu qui tenent locum, et bona eorum
cum elmo uno iuxta impositionem antiquam.
Item habitatores de Artenea cum balisterio uno iuxta anti=
quam impositionem.
Item Brogium cum elmo uno, et balestrerio uno
Item illi de Toriaco cum balistrerio uno quia de uno
elmo reducti sunt ad unum balestrerium propter eorum
statum deterioratum. 89
Item illi de Vendoio cum elmo uno, et balestrerio uno iuxta
antiquam impositionem.
Item habitatores de Buia cum elmo uno, et balestrerio uno
iuxta impositionem antiquam.
Item habitatores de Artenis cum elmis [illegible] bus, et bali=
strerio uno.
Item illi de Cuchagna et Zucoboni, et Valvasoni cum
elmis sexdecim, et balestrerijs quatuor iuxta impositionem antiq.
Item illi de Sbrasoldo cum elmis X.cim, et balestrerijs duobus
iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Manzano cum elmis quatuor, balestrerio uno
iuxta impositionem antiquam.
Item d.s Iacobus dictus Marcolus de Lucha pro Castro de Mue=
lino cum elmis duobus,
Item illi de Badilo cum elmo uno iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Varmo cum elmis duobus, et balestrerijs quia eis
est diminutus unus elmus propter statum eorum deterioratum.
Item Tibaldus de Varmo inferiori cum elmo uno iuxta
impositionem antiquam.
Item illi de Zeliaco cum balistrerio iuxta impositionem antiquam.

Item illi de Cosizeu cum elmo uno, et balistrerio uno iuxta
impositionem antiquam.
Item Commune Civitatis Aquileg. cum elmis quatuor, et Balestrerijs
quatuor quia sunt sibi deminutti elmi quatuor propter
ipsius Civitatis statum deteriorratum.
Item Commune Civitatis Austrie cum elmis decem otto, et
Balestrerijs sex quia sunt eis diminutti elmi otto, et balistr.
unus vz. internis, et extrinsecis propter statum dictae Terrae
deteriorratum.
Item Commune Glemone cum elmis duodecim, et Balestrerijs quatuor
iuxta impositionem antiquam.
Item Commune Utini, et illi de Savorgnano cum elmis
quadragintaquinque, et Balestrerijs vigintiquinque quia
sunt eis additi quinque elmi, et quindecim Balestrerij
propter statum eorum augumentatum, et meliorratum.
Item habitatores de Montefalcono cum elmis tribus iuxta
impositionem antiquam.
Item habitatores de Tulmetio cum elmis duobus, et
Balestrerio uno quia est eis additus unus Balestrerius
propter eorum statum augumentatum.
Item Commune Sacili cum elmis quatuor quia sunt
sibi additi duo elmi. ~~Item~~
Item habitatores de Caniza cum elmis duobus
iuxta impositionem antiquam
Item illi de Socieno, Povro, et ~~[illegible]~~ Luincis cum elmis duobus
Item illi de Los cum elmis duobus iuxta impositionem antiquam.
Item habitatores de Mossa cum elmo uno iuxta impositio-
nem antiquam
Item habitatores de Vipaco cum elmis duobus iuxta
impositionem antiquam.
Histriani — Item dni de Pozz Polosa cum elmis quatuor, et
balistrerio uno iuxta impositionem antiquam.
Item dni de Poilno cum elmis sex, et balistrerio uno,
iuxta impositionem antiquam.

Joannes

Ioannes Ross. de Louana, ex notis q. Euberani Cancel-
larij sup.ti Dni Patriarche fideliter transcribi fecit.
Producta in Causa Archani pro Dno Rdo.mo contra Ioannem
de Louana die 28. Aprilis 1462. &

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem 1415. Indictione octava. 28vo Junij. Actum in Terra Utini In Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ penes Plateam Utini

In Consilio Parlamenti in quo Interfuerunt

Egregius Dominus Joannes Drimgoch Marescalcus Generalis Patriæ Fori Julij, et Locumtenens Reverendissimi et Illustrissimi Principis, et Domini nostri Domini Ludovici dei Gratia Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarchæ Electi Ducis de Tech.

Dominus Nicolaus de Portuhruaro decretorum doctor decanus Aquilejensis et Vicarius in Spiritualibus, et Filippus de Fontanellis Canonicus Aquilejensis Pro Capitulo Aquilejensi

Nicolussius Comes Prataræ
Guido, e Federicus Comites Porcilliarum
Simon Comes de Polcenigo.
Vinceslaus Miles de Spilimbergo
Freschus de Cucanea
Joannes de Valvasono
Marcus de Moruzio
Jacobus Justus di Prampergo
et Nicolaus de Villalta Pro Nobilibus.

Pro Comunitate Austriæ Civitatis Guilielminus Puggi, et et ser Guielmus Joanis Notarij.

Pro Comunitate Utini Dominus Joannes de Cavalcantibus legum Doctor. et ser Leonardus Ju Trauner

Pro Comunitate Glemonæ Benevenutus Notarius et Jacobus de Trissino

Ibique in dicto pleno Consilio Parlamenti Præfatus Dominus Marescalcus proposuit dicens

89

ia

2

33

Cecta

ia

u

vige

Patriarchæ Aquileienses
ex Ferd. Vghello Tom: V.

S. Marcus Evang.ta missus à D.no Petro An. Xpi — 48
obijt Alexandriæ anno 8 Imp.ij Neron. 25 Aplis
S. Hermagoras Ep.s Aquil. ordinatus — — — 50
Corona martirij accepit an. sep. — — 70
S. Helarus post diutina annoru 206 uacatione Hermagoræ successit anno Xpi — — — — 276
Corona martirij tulit 17 Aplis anno sal. 285
Chrisogonus Aquil. Ep.s — — — — 286
qui præfuit annis 10
S. Quirinus Ep.s Aq. factus est an. D. — — 308
S. Theodorus Aquil. Ep.s creatus — — — 308
sedet annos 11. et concil. Arelat. adfuit — 314
Chrisogonus Aquil. Patha, qui tantu unu annu duravit secundu Candid. an. 12
Agapetus Patha Aquil. electus an. D. — 329
sedit annos 13
Benedictus Aquil. Epis. creatus an. D. — 332
Romano Concil. interfuit 337 uixit an. 20
Fortunatus Aquil. Ep.s Concil. Sardicen. interfuit 347
Damnationi Arelatæ subscripsit 353
S. Valerianus Aq. Ep.s cuius tempore Aquil. Concil. fuit celebrat. an. Dm. — — — — 381
sedit annos 18, alij dicunt 19
S. Chromatius Aquil. Ep.s uixit anno D. — — 390
Baron. meminit circa an. 405 vixit an. 18
S. Nicetas Aq. Ep.s cuius Ep.tu — — — 452
Aquileia ab Hunoru Rege, est euersa. sedit an. 25
Augustinus Ep.s Aquil. administrauit sedem an. 14, secund. al. 28
Delphinus Vtini Natus Ep.s Aquil. sedit an. 7
Maximus Ep.s Aquil. — — sedit an. 18
Ianuarius Ep.s Aquil. — — sedit an. 6
Secundus Aquil. Ep.s — — sedit an. 3
Marcellianus sedit Aquil. Ep.s — — an. 28

Marcellinus Ep.s Aquil. — sedit an. 15
Stephanus Ep.s Aquil. floruit an. D. 515
sedit an. 12
Macedonius Ep.s Aquil. floruit an. D. — 536
Paulinus Patha Aquil. floruit an. D. 558
obijt 573: rexit sedem an. 11
Probinus Ep.s Aquil. succes. an. D. 573
sedit an. 1 menses octo
Helias Aquil. Ep.s suc. an. 575
præfuit an. 14 mens. 10 dies 11 mort. an. D. 589
Severus Ep.s Aquil. suc. anno D. 589
mortuus è an. D. 608
Ioannes abb. Ep.s Aq. creatus an. D. 608. sedit in dignit. secundu Candidu an. 12, et alios 22
Marcianus Ep.s Aquil. uixit an. D. 633
rexit sedem an. 3 men. 1 die. 5
Maximus Ep.s Aquil., et dicitur etia Felix Patha ten. an. 14 floruit an. D. 649
Ioes secundus Ep.s Aq. sedit an. D. 660
rexit an 10
Petrus Aq. Ep.s suc. an. D. 670
sedit. an. 14. licet à nonnullis recenseatur
Agatho. an. 680
Serenus Ep.s Aq. cui Gregor. secundus Pont. Palliu concessit uixit an. D. 729
Calistus Patha suc. an. D. 730, obijt an. D. 770 Pontif. sui 40
Siginaldus Patha. decessit an. D. 774
S. Paulinus secundus Patha electus ad Eccla Aquil. an. D. 774, celebrauit Conciliu in ForoIulio, idest Vtini 791. Anno 802 in Vtini oppido Conciliu celebrauit. Obijsse Paulinu in Annalib. Francoru an. D. 802 corrige Baron. obijsse 804. iuxta Ferrariu in Cathal.

omnium Sanctorum, et in Vita S. Paulini
Vrsanus Patha suc. — an. D. 804
sedit an. 5
Maxentius Patha uixit an. D. 813
Andreas Patha uixit an. D. 820
Venantius Patha sedit an. D. 831
an. 13 rexit Eccl.
Kindemarius Patha uixit an. D. 850
sedit an. 21
Luppus Patha sedit an. D. 855
uixit an. 5
Valpertus Patha electus an. D. 858
Fridericus Patha electus an. D. 884
obijt an. D. 897
Leo Patha fuit an. D. 897
Vrsus Patha suc. an. D. 909
Lupus secundus Patha uixit an. D. 932
sedit an. 9.
Egelfredus Patha electus an. D. 941
sedit an. 23
Rodoaldus Patha electus an. D. 961
Joannes Patha substituitur an. D. 996
sedit an. 16, obijt ergo an. D. 1016
Poppo Patha electus an. D. 1016
Eberardus Patha electus an. D. 1044
post quintum annum sui Pathus obijt 1049
Gothopoldus Patha an. D. 1049 B.
obijt 1065
Rawgerius Patha creatus an. D. 1065
obijt an. 1068
Sigeardus Patha creatus an. D. 1068
obijt 1077
Henricus Patha electus an. D. 1077
in dignitate uixit an. sex

Fridericus Patha successit an. D. 1084
sedit annum unum
1 Vdaricus Patha floruit an. D. 1086
dignitatem exercuit Pathatus an. 26, obijt 1112
Gevardus Patha creatus an. D. 1112
2 Peregrinus Patha creatus an. D. 1130
obijt an. D. 1162 Pathatus sui an. 32
2 Vdaricus Patha electus an. D. 1162
Gotifredus Patha succes. an. D. 1184
2 Peregrinus 2us Patha elect. an. D. 1199
obijt post 4m annum sui Pontif.
Volckerus Patha Bauarus elect. an. D. 1204
Bertoldus Patha elect. an. D. 1218
obijt 1251 paulo post
Gregorius de Monte longo Patha uixit 1260
Raimundus Turianus Medio. Patha el. 1272, 19
Febr. obijt 1298 21 Febr. Vtini. —
Petrus Patha elect. an. D. 1298
Vtini obijt 1301, 12 Febr. sepultus in Templo
S. Mariae.
Ottobonus Patha creatus an. D. 1301
uixit an. 13.
Castonus Turian. Patha electus 1317
uixit in sede mens. 8
Paganus Turianus Patha elect. 1319
obijt Vtini 1332
Bertrandus Patha elect. an. D. 1334
confossus fuit 1350, 7 Junij
Nicolaus Patha elect. an. D. 1350
Ludouicus Patha elect. an. D. 1358
obijt an. D. 1364, 30 Julij
Marquardus Patha elect. an. D. 1364

Philippus de Aleconio Patha el.
obijt Romę 1397
Joannes de Moravia Patha obijt an. D.
Antonius Cajettan.s Patha elect. an. D. 1395, 12
Feb.i vexit usque 1402
Antonius Panciaurus Patha el. an. D. 1402
obijt Romę 1431
Antonius de Ponte Venet. Patha n. potuit in
pace Pathu habere Romę obijt.
Lodovicus Theccius Patha elect. an. D. 1418
sed Venetis impugnantibus tarde habuit pos-
sessionem sui Pathus.
Joes Vittelescus Patha elect. an. D. 1435
Ludovicus Scaracons d.t Mattarotta Pat.s
Patha electus 1440.
Marcus Barbo Patha elect. an. D. 1465
obijt Romę 1490
Hermolaus Barbarus solo Patha Nõe, obijt
Romę 1494
Nicolaus Donatus Patha obijt in Civitate
Aust.e anno D. 1497
Dominicus Grimanus Card.l Patha suc. an. D.
1497 13 Feb.i
Marinus Grimanus Patha declarat. an. D.
1517 obijt 1546 in Urbe veteri. In-
gressum fecit 1524
Marcus Grimanus Patha elect. an. D. 1529
Joes Grimanus Patha — an. D. 1548
Daniel Barbarus Patha. an. D. 1559
Aloysius Iustinianus Patha an. D.
Fran.cus Barbarus Patha an. D. 1585
Hermolaus Barbarus Patha an. D. 1595

Antonius Grimanus Patha an. D. 1622
Augustinus Gradonicus Patha an. D. 1628
Marcus Gradonicus Patha an. D. 1630
Hieronymus Gradonicus Patha an. D.
Joes Delphino Patha an. D.
Dionisius Delphino Patha an. D. 1699

Ciuidalense Cronica

Gregorius Patriarcha Aquil., qui fuit de Montelongo venit Aquilegiam die 13. Ianuarii sub anno domini 1252.

Ecelinus de Romano captus fuit anno 1259. die 4 exeunte Septembris, qui comedere nolens septem diebus, in octavo mortuus fuit.

Rex Carolus devicit, et interfecit Manfredum Principem Apulie in Apulia, et fuit maxima hominum strages anno 1266. die ven. ex. Februario.

Impositus fuit primus lapis Monasterii Dominarum Cellarum apud Ciuitatem Austriam per Venerabilem Patrem Albertum Concordiensem, et .... [illegible] Petinensem Episcopos anno 1267. die 13. intrante Aprilis.

Captus fuit Ven. Pat. Gregorius Patriarcha Aquil. per Nobilem Virum Albertum Comitem Goritie apud Villam novam sub Rosacio in aurora diei, dum erat in lecto, et nudipes ductus fuit Goritiam in uno Ronzino, anno domini 1267. die vigesimo exeunte Iulio, nullo alio capto praeter Dominum Lucensem et paucis aliis vulneratis.

Tunc subrogati die 4 intrante Aug. instituti fuerunt in ForoIulii Capitanei Dominus Albertus Vicedominus Episcopi Concordiensis et D. Hugolinus de Varmo.

Redemptio Gregorii Patriarche

Gregorius Patriarcha Aquil. anno 1267. die 5. exeunte Augusto exivit captivitatem dicti Comitis Alberti Goritie, et conductus fuit Ciuitatem per venerabilem Pat. Mattiaeum Archiepiscopum Salzburgensem cum tamen per venerabilem ... [illegible] ipso domino Patriarcha dum erat in Captivitate, et cum Forojuliensibus ex parte una, et cum dicto Comite ex altera, quod fuit per partes compromissum in ipsum Archiepiscopum, et Dominum Regem Boemie, et postea confirmatum.

[illegible] ... domini Alberti Episcopi Concordiensis

[illegible]

1268. die 22. Aug. in [illegible] ... Rex Carolus Conradinum, qui volebat Regnum Apulie.

de Obitu Greg.